28. BLITVM. *Cal.* 3-fidus baccatus. *Cor.* o. *Sem.* 1.

29. MNIARVM. *Cal.* 4-partitus ſuperus. *Cor.* o. *Sem.* 1.

** *Gramineae.*

30 CINNA. *Cal.* gluma 1-flora. *Cor.* gluma 2-valuis.

† *Leerſia monandra.*

Digitized by Google

MONOGYNIA

1. CANNA

Gen. plant. edit. Schreb. n. 1.

Cor 6-partita, erecta: *Nect.* bipartitum, revolutum. *Stylus* lanceolatus, corollae adnatus. *Calyx* 3-phyllus.

1. CANNA *indica.*

C. foliis ovatis utrinque acuminatis coſtatis. W.

C. foliis ovatis utrinque acuminatis nervoſis. *Roy. lugdb.* 11. *Fl. zeyl.* 1. *Hort. upſ.* 1. *Mill. dict. n.* 1. *Knorr. del. hort.* 2. *t.* C. 2. *Kniph. orig. cent.* 4. *n.* 13. *Thunb. jap.* 14.

Canna ſpatulis biſloris. *Hort. cliff.* 1.

Cannacorus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 177. *t.* 71. *f.* 2.

Arundo indica latifolia. *Bauh. pin.* 19.

Katu Bala. *Rheed. mal.* 11. *p.* 85. *t.* 43.

α. C. (*rubra*) flore toto rubeſcente, foliis elliptico-ovatis. *Aiton Kewenſ.* 1. *p.* 1.

Arundo indica florida ſive Canna indica. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 250. *ſ.* 8. *tab.* 14. *fig.* 1.

β. C. (*lutea*) petalis interioribus erectis luteis, nectarii lacinia revoluta lineolis rubicundis irrorata, foliis ovato-ellipticis. *Aiton Kew. l. c.*

Arundo indica florida anguſtifolia. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 250. *ſ.* 8. *tab.* 14. *fig.* 6.

γ. C. (*coccinea*) petalis interioribus erectis coccineis, nectarii lacinia revoluta lutea, lineolis rubicundis irrorata, foliis ovato-ellipticis *Ait l. c.*

Canna coccinea. *Mill. dict.*

δ. C. (*patens*) petalis interioribus reflexis coccineis, nectarii lacinia revoluta lutea lineolis rubris irrorata, foliis lanceolato-oblongis. *Ait. l. c.*

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 3.

Indiſch Blumenrohr. W.

Habitat intertropicos Aſiae, Africae, Americae 4 (v.v.)

2. CANNA *anguſtifolia.*

C. foliis lanceolatis petiolatis coſtatis. W.

C. foliis lanceolatis petiolatis nervoſis. *Hort. cliff.* 1.

Albara ſ. Pacivira. *Piſ. braſ.* 213. *fig. bona.*

Houttuyn. Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 5.

Schmales Blumenrohr. W.

Digitized by Google

Habitat inter tropicos Americae, *in umbrosis spongiosis.* 4

Praecedente humilior et angustior. Petala *interiora tria emarginata, uti in C. indica: horum petalorum alterum laterale ita flectitur, ut intermedium evadat.*

5. CANNA *glauca.*

C. foliis petiolatis lanceolatis glaucis subtus enervibus W.

C. foliis petiolatis lanceolatis enervibus. *Roy. lugdb.* 11. *Mill. dict. n.* 5.

C. foliis enervibus. *Virid. cliff.* 104.

Cannoides. *Hort cliff.* 488.

Cannacorus glaucophyllus, ampliore flore, iridis palustris facie. *Dill. elth.* 69. *t.* 59. *f.* 69.

β. Canna *(flaccida)* foliorum laminis angusto-lanceolatis utrinque laevibus, corollae limbo interiore quinquefido, laciniis flaccidis, interioribus majoribus. *Salisb. Icon. p.* 3. *tab.* 2. W.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 5.

Graues Blumenrohr. W.

Habitat in Carolinae *aquosis.* 4 (v. v.)

*4. CANNA *juncea.*

C. folis lineralibus nervosis. *Retz. obs. fasc.* 1. *p.* 9. *n.* 1

Binsenartiges Blumenrohr. W.

Habitat in China. 4.

Folia *linearia graminea nervosa, nervis quinque elevatioribus, basi vaginantia, prope radicem fibris capillaribus obtecta, spithamea et pedalia.* Scapus *vaginis plurimis lanceolatis instructus, pauciflorus.* Corolla *parva obscure rufa.* Pericarpium *muricatum Retz. l. c.*

* 2. HELLENIA.

Heritiera Retz. obs. fasc. 6. *p.* 17.

Corollae limbus duplex, exterior subtrifidus. *Nectar.* diphyllum vel bifidum. *Capsula* trilocularis, coriacea, inflata, subglobosa. *Calyx* spathiformis campanulatus bifidus.

*1. HELLENIA *Allughas.*

H. nectariis diphyllis, capsulis subspongiosis, foliis integerrimis.

Digitized by Google

Heretiera Allughas *Retz. obſ. faſc.* 6. *p.* 17. *tab.* 1. *
Allughas Lin. Zeyl. 448.
Mala inſchi Kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 29. *t.* 14. *W.*
Rothe Hellenie. W.
Habitat in Zeylona. 4 (v. ſ.)
Folia *oblonga acuta, utrinque glabra, margine integerrimo albicante glabro.* Flores *rubri.* W.
Inflorescentia *totius generis paniculata.* W.

*2. HELLENIA *alba.*

H. nectariis diphyllis, capſulis ſtriatis, foliis integerrimis.
Heritiera alba. *Retz. obſ. faſc.* 6. *p.* 18.
Languas vulgare. *Koenig apud Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 64 *
Amomum (*medium*) ſpica caulina ramoſa, fructu oblongo ſtriato evalvi. *Loureiro cochin. p.* 5.? W.
Weiſſe Hellenie. W.
Habitat in China, *colitur in* India orientali. 4
Folia *oblonga acuta, utrinque glabra, margine albicante ſubaſpero ciliato.* Flores *albi.* W.

*3. HELLENIA *chinenſis.*

H. nectariis diphyllis, foliis ciliatis.
Heritiera chinenſis. *Retz. obſ. faſc.* 6. *p.* 18.
Languas chinenſis. *Koenig apud Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 65. *
Arundo indica florida, flore campanulato. Arundo vulpina Recchi. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 251. *ſ.* 8. *tab.* 14. *fig* 7 ? W.
Chineſiſche Hellenie. W.
Colitur in hortis Sinenſium. 4
Folia *oblonga acuta, utrinque glabra, apice recurvata, margine albicante, pilis rariſſimis ſubciliato, apicem verſus tenuiſſime denticulato.* Flores *flaveſcentes.* W.

*4. HELLENIA *aquatica.*

H. nectariis monophyllis bifidis, foliis margine denticulatis.
Heritiera aquatica. *Retz. obſ. faſc.* 6. *p.* 18.
Languas aquaticum l. ſylveſtre. *Koenig apud Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 67. *
Waſſer Hellenie. W.
Habitat in Indiae *uliginoſis ad rivulos inter frutices.* 4
Folia *oblonga acuta, utrinque glabra, margine villoſo-denticulato.* Flores *rubicundi.* W.

Digitized by Google

3. RENEALMIA.

Gen. plant edit. Schreb. n. 2.

Corolla trifida. *Nectar.* oblongum. *Cal.* monophyllus in 2 ſ. 3 dentes irregulares rumpens. *Anth.* ſeſſilis, nectario oppoſita. *Bacca* carnoſa.

1. RENEALMIA *exaltata.*

Renealmia *Lin. ſuppl. p.* 79. (*excluſo ſynonymo Rumphii*) *Neue bot. Ann.* 3. *p.* 156.

Hohe Renealmie.

Habitat in Surinamo. ♄

Arbor 20 *pedalis.* Folia 5 *vel* 6 *pedalia lanceolata margine undulata.* Racemus *naſcitur ex trunco ſupra radicem. Neue bot. Ann. l. c.* W.

4. AMOMVM.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 3.

Cal. 3-fidus, inaequalis, cylindricus. *Cor.* 3-partita, inaequalis, patens. *Nectar* 2-labiatum, erectiuſculum.

1. AMOMVM *Zingiber.*

A. ſcapo nudo, ſpica ovata, ſquamis ovatis, foliis lanceolatis ad apicem margine ciliatis. W.

A. ſcapo nudo, ſpica ovata. *Hort. cliff.* 3. *Hort. upſ.* 1. *Flor. zeyl.* 3. *Mat. med.* 33. *Roy. lugdb.* 12. *Mill. dict. n.* 1. *Iacq. hort. t.* 74.

Amomum (*Zingiber*) ſcapo mediocri, ſpica ovata, foliis lineari-lanceolatis. *Swartz obſ. p.* 2.

Zingiber majus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 156. *t.* 66. *f.* 1.

Zingiber. *Bauh. pin.* 35. *Brown. jam.* 119.

Inſchi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 21. *t.* 12.

Houttuyn. Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 7.

Aechter Ingwer. W.

Habitat in India *orientali*; *nunc* Jamaica 2|. (v. v.)

2. AMOMVM *Zerumbet.*

A. ſcapo nudo, ſpica oblonga obtuſa, ſquamis ſubrotundis, foliis ovatis margine glabris. W.

A. ſcapo nudo, ſpica oblonga obtuſa. *Hort. cliff.* 3. *Hort. upſ.* 1. *Fl. zeyl.* 2. *Roy. lugdb.* 12. *Ehret. pict. t.* 14. *f.* 1. *Mill. dict. n.* 2. *ic.* 17. *t.* 25. *Brown. jam.* 113. *Iacq. app. ſtirp. vindobon.* 301. *Murray. Nou. Comm. Goett. tom. VI. p.* 26. *t.* 2. *Blackw. t.* 402.

Digitized by Google

Zingiber latifolium ſylveſtre. *Herm. lugd.* 636. *t.* 637.
Lampuium. *Rumph. amb.* 5. *p.* 148. *t.* 64. *f.* 1.
Katou-Inſchi-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 27. *t.* 13.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 10.
Block Ingwer. W.
Habitat in India. 4 (v. v.)
Aptius A. Zingiber *foliis anguſtis* (*enſiformia adeo vocat* IACQVIN.) *quam ſpica ovata, ab A. Zerumbet; et* A. Zerumbet *juſtius foliis latis, quam ſpica oblonga obtuſa, a Zingibere diſtinguitur; nam* A. Zerumbet *aeque ovatam ſpicam habet.* MURRAI *l.c.*R.

*3. AMOMVM *Zedoaria.*

A. ſcapo nudo, ſpica laxa cylindracea truncata, foliis ovatis acuminatis. W.
Amomum (*Zedoaria*) ſcapo nudo; ſpica laxa truncata. *Berg. mat. med. p.* 4.
Amomum (*latifolium*) humile, foliis majoribus ovatis acuminatis, ſcapo ſpica oblonga terminato. *Lamarck encyclop.* 1. p. 133.
Zedoaria longa. *C. Bauh. pin.* 35.
Zedoaria officinarum. *Petiv. Gazoph. t.* 23. *f.* 1.
Zedoaria ſeu indorum Tamog. *Cam. luz.* 23.
Kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 13. *t.* 7. *bona.*
Zerumbed Tommon. *Rumph. amb.* 5. *p.* 168. *t.* 68?
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 12.
Zittwer Ingwer. W.
Habitat in India. 4

*4. AMOMVM *ſylveſtre.*

A. ſcapo nudo, ſpica elongata, bracteis oblongis ventricoſis, foliis lato-lanceolatis. *Swartz prod.* 11.
Zingiber ſylveſtre majus, fructu in pediculo ſingulari. *Sloan jam.* 61. *hiſt.* 1. *p.* 165. *t.* 105. f. 2.
Amomum 2 ſcapo florifero partiali aphyllo, ſpica longiori. *Brown. jam.* 113.
Paco Ceroca. *Piſo braſ.* 213?
Wald Ingwer. W.
Habitat in ſylvis Jamaicae. 4

*5. AMOMVM *Mioga.*

A. ſcapo breviſſimo, capſula ovata, foliis enſiformibus acutis. *Thunb. jap.* 14.
Dſjooka vulgo Mioga. *Kaempf. am. exot.* 5. *p.* 826.
Japaniſcher Ingwer. W.

Digitized by Google

Habitat juxta Nagaſaki *in* Japonia. 4

Proxime ad Amomum Cardamomum *differt vero:* 1) ſcapo *magis faſciculato et breviore, nec oblongo imbricato.* 2) Foliis *enſiformibus, ſimpliciter acutis, dum illi obovato-elliptica ſint, apice in ſetam pollicarem exeunte.* 3) Foliis *multo brevioribus ſpithamaeis, quae in illo ſaepe quadripedalia.* Thunb. l. c.

*6. AMOMVM *anguſtifolium.*

A. ſcapo nudo breviſſimo, ſpica capitata, foliis linearilanceolatis. W.

Amomum anguſtifolium. *Sonnerat it. ed. germ. 2. p.* 189. *tab.* 137.

Amomum (*madagaſcarienſe*) majus, foliis longis anguſtis, ſcapo brevi apice ſpica obtuſa pauciflora terminato. *Lamarck encyclop. 1. p.* 132.

Schmalblättriger Ingwer. W.

Habitat in paludibus Inſulae Madagaſcariae. 4

Caulis 8 *vel* 10 *pedalis.* Folia *pedalia anguſtiſſima lineari-lanceolata.* Scapus *breviſſimus.* Spica *pauciflora globoſa.* Capſulae *ovatae.*

7. AMOMVM *Cardamomum.*

A. ſpica radicali ſeſſili obovata, foliis obovato-ellipticis cuſpidatis. W.

A. ſcapo ſimpliciſſimo breviſſimo bracteis alternis laxis. *Mat. med. p.* 33. *Mill. dict. n.* 3. *Blackw. tab.* 584. *et* 585.

Cardamomum minus. *Rumph. amb. 5. p.* 152. *t.* 65. *f.* 1. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p.* 12.

Cardamom Ingwer. W.

Habitat in Indiae *umbroſiſſimis, coenoſis montium radicibus.* 4

*8. AMOMVM *villoſum.*

A. ſcapo vaginato breviſſimo, ſpica ſubrotunda, bracteis lanceolatis flore longioribus. W.

Amomum (*villoſum*) ſcapo brevi reclinato: bracteis linearibus, fructu villoſo. *Loureiro cochin. p.* 4.

Globba criſpa rubra. *Rumph amb. 6. p.* 137. *t.* 61. *f.* 2.

Rauher Ingwer. W.

Habitat in montoſis udis Indiae. 4

*9. AMOMVM *echinatum.*

A. ſpica radicali ſeſſili ſubgloboſa, capſulis ſulcatis echinatis globoſis. W.

Digitized by Google

Amomum 2. *Koenig apud Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 50.
Globba criſpa viridis. *Rumph. amb.* 6. *p.* 137. *tab.* 61. *f.* 1.
Stachlicher Ingwer. W.
Habitat in ſylvis opacis Indiae. 4

*10. AMOMVM *repens.*
A. ſcapo ramoſo decumbente, foliis lanceolatis. W.
Amomum ſcapo bracteis alternis laxis caule breviore. *Lin. zeyl.* 4.
Amomum repens. *Sonnerat it. ed. germ.* 2 *p.* 188. *t.* 136.
Elettari 1. *Rheed. mal* 11. *p.* 9. *t.* 4. 5.
Enſel. *Herm. zeyl.* 66.
Kriechender Ingwer. W.
Habitat in montibus Gate Malabariae. 4

11. AMOMVM *Granum paradiſi*
A. ſcapo ramoſo laxo, foliis ovatis. W.
A. ſcapo ramoſo breviſſimo. *Mat. med. p.* 34. *Blackw. t.* 385. *Ait. Kew.* 1. *p.* 2.
Grana paradiſi officinarum. *Bauh. pin.* 413.
Elettari 2. *Rheed. mal.* 11. *t.* 6.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 14.
Paradies Ingwer. W.
Habitat in Madagaſcar, Guinea, Zeylona, *in umbroſis uliginoſis ad radices montium.* 4
Planta *etiamnum obſcura.*

* 5. HORNSTEDTIA.
Retz. obſ. faſc. 6. *p.* 18.

Cal. biſidus. *Corollae* tubus longus filiformis, limbus duplex: exterior 3-partitus. *Nect.* tubuloſum. *Capſula* trilocularis oblonga.

*1. HORNSTEDTIA *Scyphus.*
H. foliis ſubtus tomentoſis. *Retz. obſ. faſc.* 6. *p.* 18.
Amomum ſcyphiferum. *Koenig apud Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 68. *
Becherförmige Hornſtedtie. W.
Habitat in nemoroſis ad radices montium prope Malaccam. 4

*2. HORNSTEDTIA *Leonurus.*
H. foliis glabris ciliatis. *Retz. obſ. faſc.* 6. *p.* 18.
Amomum Leonurus. *Koenig apud Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 69. *
Gelbhaarige Hornſtedtie. W.
Habitat in ſylvis denſiſſimis Malaccae. 4

Digitized by Google

* 6. HEDYCHIVM.

Koenig apud Retz. obſ. faſc. 3.

Cal. 1-phyllus rumpens. *Cor.* tubus longiſſimus, limbus duplex 3-partitus. *Nect.* 2-phyllum.

*1. HEDYCHIVM *coronarium.*

Hedychium. *Koenig apud Retz. faſc. 3. p. 73. n. 20.*
Gandfulium. *Rumph. amb. 5. p. 175. t. 69. f. 3.*
Schöne Krantzblume. W.
Habitat in India. 4
Caulis 2 *vel* 3 *pedalis erectus.* Folia *bifaria oblonga vaginantia.* Spica *in apice caulis denſa.* Corollae *calyce multo longiores nutantes.* W.

7. COSTVS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 4.

Cal. 3-fidus gibbus. *Cor.* 3-partita, ringens. *Nectar.* 2-labiatum: labio inferiore maximo 3-lobo.

1. COSTVS *arabicus.*

C. foliis utrinque glabris, ſpica pauciflora, ſquamis apice foliaceis, ſummis faſtigiatis. W.
Coſtus. *Hort. cliff. 2.* * *Hort. upſ. 2. Mill. dict. n. 1. Mat. med. p. 34. Roy. lugdb. 11. Blackw. t. 394.*
Coſtus glabratus. *Swartz prod. 11.*
Anonyma *Merian. ſurin. 36. t. 36.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 16.
Glatte Coſtwurz. W.
Habitat in America calidiore. 4
Spica *ſtrobili abietis ſmillima.* LINN. *diff. alt. de plant. Surinam. 1776. ed.* R.

*2. COSTVS *ſpicatus.*

C. foliis utrinque glabris, ſpica multiflora ſubovata, arcte imbricata: ſquamis ovatis ſimplicibus. *Swartz prod. 11.*
Alpinia (*ſpicata*) floribus ſpicatis. *Murr. S. V. p. 51. Jacq. amer. p. 1. tab. 1.*
Arundo indica latifolia braſilienſis, ſquamato capite. *Moriſ. hiſt. 3. p. 251 ſ. 8. t. 14. f. 8.*
Paco Catinga. *Piſo braſil. p. 214.*

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 20.
Aehrentragende Coſtwurz. W.
Habitat ad ripas torrentum inque montoſis inſularum Caribaearum *et in* Braſilia. 4

*5. COSTVS *ſpecioſus.*
C. foliis ſubtus ſericeo-villoſis. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond. 1. p. 249.*
Coſtus arabicus. *Jacq. Collect. vol. 1. p. 143. Icon. rar. vol. 1. tab. 1. Swartz prod. 11. Swartz obſ. p. 4. Lin. zeyl. 5. Bauh. pin. 36.*
Coſtus indicus, violae martis odore. *Herm. zeyl. 58. Burm. zeyl. 78.*
Amomum hirſutum. *Lamarck encyclop. 1. p. 134. tab. 3.*
Hellenia grandiflora. *Retz. obſ. faſc. 6. p. 18.*
Bankſea ſpecioſa. *Koenig apud Retz. obſ. faſc. 3. p. 75.* *
Tsjana-Kua. *Red. mal. 11. p. 15. tab. 8?*
Herba ſpiralis hirſuta. *Rumph. amb. 6. p. 143. tab. 64. f. 1.?*
Schoene Coſtwurz. W.
Habitat in India orientali. 4 (v. v. *f. fl.*)

8. ALPINIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 5.

Cal. 3-dentatus aequalis tubuloſus. *Cor.* 3-partita aequalis. *Nect.* 2-labiatum: labio inferiore patente.

1. ALPINIA *racemoſa.*
A. racemo terminali ſpicato, floribus alternis, nectarii labio trifido; foliis oblongis acuminatis. *Swartz prod. 11. Swartz obſ. p. 5.* *
Alpinia *Roy. lugdb. 12. Mill. dict. n. 1.*
Alpinia Jamaicenſis. *Gaert. ſem. 1. p. 36. tab. 12.*
Amomum pyramidale. *Lamarck encyclop. 1. p. 135.*
Amomum (*Alpinia*) racemo longiſſimo folioſo, ſpathis biflonis, nectario uncinato. *Rottboell. in Collect. Soc. med. Haun. II. p. 245. t. 2.*
Alpinia racemoſa alba, cannacori foliis. *Plum. ic. 10. t. 20.*
Zingiber ſylveſtre minus, fructu e caulium ſummitate. *Sloan. jam. 61. hiſt. 1. p. 165. t. 105. f. 1.*

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 19.
Traubenartige Alpinie. W.
Habitat in ſylvis depreſſis ſubmontanis Americae calidioris. 4
Genus non niſi habitu et inflorescentia a praecedentibus (Coſtus, Amomum) diverſum. *Swartz obſ. p.* 6.
Icon Plumieri aliena videtur. *Swartz obſ. p.* 6.

2. ALPINIA *Galanga.*

A. racemo terminali laxo floribus alternis, nectarii labio emarginato, foliis lanceolatis. W.
Maranta (*Galanga*) culmo ſimplici. *Spec. plant.* 3. *Mat. med. p.* 35. *Mill. dict. n.* 3. *Swartz obſ. p.* 8.
Amomum (*Galanga*) ſpica caulina erecta, ſpathis ſubtrifloris, capſula trigono-ovata glabra. *Loureiro cochin p.* 7.
Galanga. Rumph. amb. 5. *p.* 143. *tab.* 63.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 23.
Galgant Alpinie. W.
Habitat in India orientali. 4
Galanga *haec officinarum eſt.*

*3. ALPINIA *comoſa.*

A. ſpica terminali comoſa, bracteis flore longioribus coloratis, foliis oblongo-ovatis pubeſcentibus. W.
Alpinia comoſa. *Jacq. collect.* 4. *p.* 112. *Icon. rar. vol.* 3.
Haarige Alpinie. W.
Habitat ad Caracas *in* America. 4 (v. ſ.)
Caules *quadripedales ſimplices pubeſcentes.* Folia *oblongo-ovata vaginantia utrinque pubeſcentia.* Spica *terminalis.* Calyx *ruber.* Corolla *flava.* Nectarium *flavum truncatum quinquedentatum.* Bracteae *numeroſae rubrae ovato-lanceolatae flore longiores.* W.

*4. ALPINIA *occidentalis.*

A. racemo radicali compoſito erecto, nectario apice emarginato, capſulis trilocularibus, foliis lanceolato-ovatis glaberrimis. *Swartz prod.* 11.
Amomum minus, ſcapo veſtito, floribus ſpicatis. *Brown. jam.* 113.
Weſtindiſche Alpinie. W.
Habitat in ſylvis Jamaicae *et* Domingo. 4
Hura Koenigii. (*Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 49.) eſt forte hujus generis ſpecies. W.

Digitized by Google

9. MYROSMA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 6.

Corolla 5-partita irregularis. *Cal.* duplex: exterior 3-phyllus, interior 5-partit. *Caſp.* 3-gona 3-locul. polyſperma.

1. MYROSMA *cannaeformis.*

Myroſma. *Lin. ſuppl.* 80. *(excluſo ſynonymo Rheedi.)*
Surinamiſche Duftblume. W.
Habitat in Surinamo. ♄
Genus affine Phrynio, at fructu diverſum. W.

10. MARANTA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 7.

Cal. 3-phyllus. *Cor.* 3-fida. *Nect.* 3-partitum, lacinia tertia, ſuperiore latere antherifera.

1. MARANTA *arundinacea.*

M. culmo ramoſo herbaceo, foliis ovato-lanceolatis ſubtus piloſiuſculis. W.
M. culmo ramoſo. *Mill. dict. n.* 1. *Fabric. helmſt. p.* 2.
Maranta. *Hort. cliff.* 2. * *Roy. lugdb.* 11.
M. arundinacea, cannacori folio. *Plum. gen.* 16. *Mart. cent.* 39. *t.* 39.
Maranta petiolis ganglionoſis. *Brown. jam.* 112.
Canna indica radice alba alexipharmaca. *Sloan. jam.* 22. *h.* 1. *p.* 253. *t.* 149. *f.* 2. *Ray. ſuppl.* 573.
Canna indica anguſtifolia pediculis longis ad unum folium novo ſingulari geniculato. *Pluck. alm.* 79.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 22.
Rohrartige Marante. W.
Habitat in America *calidiore.* 4 (v. v.)

*2. MARANTA *Tonchat.*

M. culmo ramoſo fruticoſo, foliis ovatis glabris. W.
Maranta (*Tonchat*) radice nodoſa. *Aubl. guj.* 3.
Donax (*Arundinaſtrum*) foliis ovatis: paniculis ſparſis. *Loureiro cochin. p.* 15.
Arundinaſtrum Tonchat faytam. *Rumph. amb.* 4. *p.* 22. *t.* 7.
Strauchartige Marante. W.
Habitat in ſylvis Indiae, Cochinchinae. ♄

Digitized by Google

*3. MARANTA? *malaccenſis.*

M. culmo ſimplici, foliis oblongis petiolatis ſubtus ſericeo - pubeſcentibus. W.

Maranta (*malaccenſis*) culmo ſimplici, foliis ovatis, petiolatis. *Burm. ind.* 2.

Galanga malaccenſis. *Rumph. amb.* 5. *p.* 177. *t.* 71. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 24.

Malackiſche Marante. W.

Habitat in Malacca. 4

Planta adhuc dubia. Affinis videtur Coſtus malaccenſis. *Koenig apud Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 71. W.

4. MARANTA *comoſa.*

M. acaulis ſcapo nudo ſpicato comoſo, comae foliolis reflexis. W.

Maranta (*comoſa*) coma foliolis reflexis. *Lin. ſuppl.* 80.*

Schopfblütige Marante. W.

Habitat in Surinamo. 4

An novum genus? Certe facies a reliquis aliena. *Lin. ſuppl.*

Numeroſas Marantae ſpecies ab Aubletio *indicatas, ob nimis brevem deſcriptionem hujus autoris, haud enumeravi.* W.

11. CVRCVMA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 8.

Cal. bifidus. *Cor.* 4-partita. *Nect.* 3-lobum. *Anth.* baſi bicalcarata.

1. CVRCVMA *rotunda.*

C. foliis lanceolato-ovatis: nervis lateralibus rariſſimis.

C. foliis ovatis utrinque acuminatis: nervis lateralibus pauciſſimis. *Roy. Lugdb.* 12. *Fl. zeyl.* 6.

Curcuma. *Rumph. amb.* 5. *p* 162. *t.* 67?

Manja-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 19. *t.* 10. *

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 26.

Runde Curcuma. W.

Habitat in India. 4

2. CVRCVMA *longa.*

C. foliis lanceolatis: nervis lateralibus numeroſiſſimis. *Mat. med. p.* 35. *Blackw. t.* 396. *Swartz obſ. p.* 8.

C. foliis lanceolatis utrinque acuminatis: nervis lateralibus numeroſiſſimis. *Roy. lugdb.* 12. *Fl. zeyl.* 7.

Digitized by Google

C. radice longa. *Herm. lugdb.* 208. *t.* 209.
Amomum (*Curcuma*) ſcapo ſpathis laxis ex centro foliorum. *Murr. S. V. p.* 50. *Jacq. hiſt. v.* 3. *t.* 4.
Manjella-kua. *Rheed. mal.* 2. *p.* 21. *t.* 11.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 6. *p.* 30.
Lange Curcuma. W.
Habitat in India. 4 (v. v.)
Similis *Amomo Zedoariae*, tamen diſtincta. W.

12. KAEMPFERIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 9.

Cal. obſoletus. *Cor.* 6-partita: laciniis tribus majoribus patulis, unica bipartita. *Stigma* bilamellatum.

1. KAEMPFERIA *Galanga.*

K. foliis ovatis ſeſſilibus. *Fl. zeyl.* 8. *Mill. dict. n.* 1. *Fabric. helmſt. p.* 16.
Kaempferia ſeſſilis. *Koenig apud Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 62. *
Kaempferia. *Hort cliff.* 2. *t.* 3. *Roy. lugdb.* 12.
Sonchorus. *Rumph. amb.* 5. *p.* 173. *t.* 69. *f.* 2.
Wanbom. *Kaempf. amoen.* 901. t. 902.
Katſjula kelengu. *Rheed. mal.* 11. *p.* 81. *t.* 41.
Calceolus philippenſis. *Petiv. Gaz. t.* 19. *f.* 7.
Houttuyn Lin. Pfl. ſyſt. 5. *p.* 32.
Sitzende Kaempferie. W.
Habitat in India. 4 (v. v.)
Calyx *nullus. Fabric. l. c.* R.

2. KAEMPFERIA *rotunda.*

K. foliis lanceolatis petiolatis. *Fl. zeyl.* 9. *Mat. med. p.* 35. *Mill. dict. n.* 2. *Blackw. t.* 399.
Zedoaria rotunda. *Bauh. pin.* 36.
Malan-kua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 17. t. 9.
Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 33.
Geſtielte Kaempferie. W.
Habitat in India. 4

13. THALIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 10.

Cor. 5-petala: duo interiora minora. *Nectar.* lanceolatum concavum. *Drupa* nuce unilocularis. *Cal.* triphyllus.

1. THALIA *geniculata.*

T. corollis pentapetalis: nectario lanceolato. W.

Digitized by Google

Thalia. *Roy. lugdb.* 11. *Rottboell. collect. hau.* 2. *p.* 249. *t.* 2. *Swartz obſerv. p.* 8.

Cortuſa arundinacea, amplis cannacori foliis. *Plum. gen.* 26. *ic.* 108. *f.* 1.

Aguti guepò-obi. *Marcgr. braſ.* 53. *Rai. hiſt.* 1203. *Honttuyn Lin. Pſl. Syſt.* 5. *p.* 34.

Gegliederte Thalie. W.

Habitat in America meridionali. 4

Folia *alterna, ovato-oblonga: nervis transverſis parallelis.* Petioli *teretes, geniculo inſtructi, inferne membranacei vaginales.*

Caulis *humanam ſtaturam ſuperans, leviſſimus, ſimpliciſſimus.* Folia *cordato-acuminata, laevia.* Tela *Indis Americanis, quibus animalia transfigunt, praebet haec planta. Rolander apud Rottboelli in Coll. ſoc. med. Hau.* 2. *p.* 251. R.

Thalia Rottboelli (Collect. hafn. 2. p. 249. f. 2.) forte deſtincta planta, *Thaliae cannaeformi Forſteri.* valde affinis. *Swartz obſ. p.* 8. W.

*2. THALIA *cannaeformis.*

T. corollis hexapetalis: nectario bifido erecto. *Forſt. prod. n.* 3.

Rohrförmige Thalie. W.

Habitat in Mallicollo *inter novas.* Hebrides. 4.

Character Amomi, Alpiniae, Curcumae, Thaliae *ab autoptis in plantis vivis accuratius deſcribendus eſt.*

Scitaminearum *genera adeo affinia, ut characteribus vix diſtingui queant. In omnibus fere* Scitamineis, Anthera *magis minusve partita; ut quaſi duplex interdum inveniatur, ut in* A. Zingibere; *vel ſemipartita, ut in* A. ſylveſtri; *vel. baſi tantum bifida pro inſertione Stigmatis, ut in* Alpinia occidentali *etc. Lacinii cui anthera adfixa vel inſerta, improprie* filamentum *dicitur, ſed vices ejusdem praebet,* labiumque ſuperius nectarii *appellari debet.* Monandriae *Claſſi jure adnumerantur* Amoma *etc. licet in quibusdam quaſi.* Anthera *duae adſint, quarum tamen partes univalves ſunt, nec bivalves ut in* Globba *que vere diandra filamentis antherisque liberis praedita. Swartz obſerv. p.* 8.

Digitized by Google

* 14. PHRYNIVM.

Cal. 3- phyllus. *Petala* 3 aequalia tubo nectarii adnata. Nectarium 1- phyllum, tubo filiformi, limbo 4-partito. *Capſ.* 3- locul. *Nuces* 3.

*1 PHRYNIVM *capitatum.* W.

Phyllodes Placentaria. *Loureiro cochin. p.* 16.

Pontederia (*ovata*) foliis ovatis, floribus capitatis. *Spec. pl.* 412. *Swartz obſ. p.* 123.

Naru kila. *Rheed. mal.* 11. *p.* 67. *t.* 34. *Raj. ſuppl.* 573. *Houttuyn Lin. Pſl. Syſt.* 6. *p.* 316.

Kopfförmiger Waſſeringwer. W.

Habitat in Malabariae, Cochinchinae, Chinae *locis umborſis humidis.* 4

* 15. PHYLIDRVM.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1703.

Spatha 1- flora. *Cal.* 0. *Cor.* 4- petala irregularis. *Capſula* 3- locul polyſperma.

*1. PHYLIDRVM *lanuginoſum.*

Phylidrum. *Gaert. ſem.* 1. *p.* 62. *tab.* 16. *fig.* 16.

Garciana (*cochinchinenſis*) foliis equitantibus: ſpica terminali. *Loureiro fl. coch. p.* 20.

Haarige Wollenlilie. W.

Habitat in locis humidis Cochinchinae et Chinae. 4.

Caulis *bipedalis herbaceus, ſimplicisſimus ſpongioſus erectus teres, lanuginoſus.* Folia *ſubulata craſſa lanuginoſa erecta.* Racemi *longi erecti terminales.* Flores *pedunculati aurei,* ſpathis *brevibus acuminatis hirſutis ſuffulti.* W.

* 16. CVCVLLARIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 11.

Cal. 4- partitus. *Cor.* 4- petala inaequalis calcarata. *Filamentum* petaliforme. *Anthera* loculis diſcretis!

*1. CVCVLLARIA *excelſa.* W.

Vochy gujanenſis. *Aubl. gujan* 1. *p.* 18. *tab.* 6.

Hohe Kappenblume. W.

Habitat in ſylvis Gujanae. ♄

Arbor *excelſa, foliis oppoſitis obovatis acutis venoſis,* racemis *terminalibus,* floribus *luteis.* W.

Digitized by Google

* 17. QVALEA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 12.

Cal. 4-partitus. *Cor.* dipetala. *Bacca?*

*1. QVALEA *roſea.*

Q. petalo inferiore obtuſo, foliis acuminatis. W.

Qualea (*roſea*) floribus amplis carneis. *Aubl. guj.* 1. *p.* 5. *tab.* 1.

Roſenrothe Qualee. W.

Habitat in ſylvis Gujanae. ♄

*2. QVALEA *caerulea.*

Q. petalis emarginatis, foliis acutis. W.

Qualea (*coerulea*) floribus parvis. *Aublet. guj.* 1. *p.* 7. *tab.* 2.

Blaue Qualee. W.

Habitat in ſylvis Gujanae. ♄

* 18. LOPEZIA.

Cavan. icones. 1. *p.* 12.

Cal. 4-phyll. *Cor.* 5-petala inaequalis. *Capſula* 4-locul 4-valvis polyſperma.

*1. LOPEZIA *mexicana.*

Lopezia mexicana. *Jacq. Collect. ſuppl. p.* 3. * *Jacq. icon. vol.* 2.

Lopezia (*racemoſa*) caule herbaceo ramoſo: foliis alternis ovato-lanceolatis ſerratis: floribus racemoſis. *Cavan. icon.* 1. *n.* 16. *tab.* 18.

β. Lopezia hirſuta. *Jacq. Collect. ſuppl. p.* 5. *t.* 15. *f.* 4. *

Mexicaniſche Lopezie. W.

Habitat in Mexico. ⊙ (v. v.)

Lopezia hirſuta *Jacquini eſt ſola varietas.* W.

* 19. USTERIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 1704.

Cal. 4-dentatus: lacinia unica reliquis multo majore. *Cor.* infundibuliformis 4-dentata. *Capſ.* 1-locul. 2-ſperma. *Semina* arillata.

*1. USTERIA *guineenſis.* W.

Uſteria Willd. Act. Societ. Berol. 10. *p.* 52. *tab.* 2.

Monodynamis Iſerti. *Gmel. ſyſt. veg. p.* 10.

Guineeſiſche Uſterie. W.

Habitat in Guinea. ♄

Frutex *ramis oppoſitis.* Folia *oppoſita ſubrotundo-ovata integerrima.* Flores *paniculati terminales.* W.

Digitized by Google

20. BOERHAAVIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 13.

Cal. margo integerrimus. *Cor.* 1-petala, campanulata, plicata. *Sem.* 1 nudum, inferum. (*Stam.* 1. *f.* 2.)

1. BOERHAAVIA *erecta.*

B. caule tetragono glabro, internodiis viſcoſis, floribus corymboſo-paniculatis. *Willd. phytog.* 1. *n.* 1.

B. caule erecto glabro, floribus diandris. *Jacq. hort. t.* 5. *et* 6. *Mill. dict. n.* 1. *Fabric. helmſt. p.* 47.

Boerhaavia (*erecta*) foliis ovatis acutis ſubundulatis glabris, caule erecto; fructibus turbinato-clavatis muticis. *Swartz. obſ. p.* 10. *

B. floribus paniculatis, ſeminibus pentagonis truncatis. *Gouan. hort.* 2.

B. diandra. *Burm. ind.* 3. *t.* 1. *f.* 1?

B. ſolani folio, erecta glabra. *Amm. herb.* 241.

Solanum bacciferum americanum, fructu corymboſo ex inſula Jamaicenſi. *Pluk. alm.* 349. *t.* 226. *f.* 7.

Aufrechte Boerhaavie. W.

Habitat in Vera Cruce, Jamaica *etc.* 4 (v. v.).

Caulis *erectus*, *adſperſus atomis ſ. pilis breviſſimis.* Folia *ovata*, *undulata*, *acuta*, *margine ſcabra.* Corollae *cylindricae*, *albae*, 5-*fariam ruſeſcentes*, *laciniis acutis*: *interjectis denticulis.* Stamina *duo.* Stigma *capitatum.*

Stamina *tria. Fabric. l. c.* R.

*2. BOERHAAVIA *adſcendens.* W.

B. foliis oblongo-ovatis ſubcarnoſis, floribus paniculatis, pedunculis biſloris, caule adſcendente. W.

Aufſteigende Boerhaavie. W.

Habitat in Guinea. (v. ſ.).

Caulis *glaber tetragonus adſcendens.* Folia *petiolata oppoſita oblongo-ovata acutiuſcula*, *ſubcarnoſa*, *venoſa*, *integerrima glabra. Juniora folia*, *et margo majorum*, *et petioli piloſi.* Pili *articulati ut in* Veronica aphylla. Panicula *terminalis diffuſa nuda.* Pedunculi *biflori bracteis membranaceis involuti.* Florem *in ſicco ſpecimine extricare haud potui.* Fructus *clavatus glanduloſo-hiſpidus.* W.

Digitized by Google

3. BOERHAAVIA *diffusa.*

B. caule tereti pubescente, floribus capitato-corymbosis. *Willd. phytog.* 1. n. 2. *

B. caule laevi diffuso, foliis ovatis. *Flor. zeyl.* 10. *Hort. upsf.* 2. *Hort. cliff.* 17. *Roy. Lugd.* 234. *Mill. dict. n.* 2. *Kniph. orig. cent.* 6. *n.* 16.

Boerhaavia (*diffusa*) foliis ovatis, caule diffuso glabro, floribus subumbellatis, fructibus clavatis sulcatis muticis. *Swartz obs. p.* 10. *

Valerianella folio subrotundo, flore purpureo, semine oblongo striato aspero. *Sloan. iam.* 91. *Rai. suppl.* 244.

Valerianella curassavica, semine aspero viscoso. *Herm. parad.* 237. t. 237.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 37.

Aestige Boerhaavie. W.

Habitat in Americae calidioris *ruderatis.* 4 (v. v.)

Folia *subtus albida.* Flores *purpurei*, *monandri.*

4. BOERHAAVIA *hirsuta.*

B. caule teretiusculo hirsuto, floribus capitatis. *Willd. phytog.* 1. *n.* 3. *

B. caule laevi diffuso pubescente, foliis ovatis repandis. *Giseche ic. fasc.* 1. *Fabric. helmst. p.* 48?

Boerhaavia (*hirsuta*) foliis ovatis repandis, caule diffuso pubescente, fructibus sulcatis clavatis. *Swartz observ. p.* 11. *

B. diandra *Sp. pl.* 2. *p.* 4.

B. (*coccinea*), foliis ovatis, floribus lateralibus compactis, caule hirsuto procumbente. *Mill. dict.* 4.

B. hirsuta. *Jacq. hort. t.* 7.

Boerhaavia erecta. *Gaert. sem.* 2. *t.* 127.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 38.

Haarige Boerhaavie. W.

Habitat in siccis arenosis Jamaicae. 4 (v. v.)

Caules *pedales.* Flores *sanguinei.* Stamina *duo.*

B. diandram *distinxit* Linnaeus *in* Speciebus plantarum, *at in* Systemate *cum* hirsuta *conjunxit.* W.

Pili caulis tenuissime articulati. W.

*5. BOERHAAVIA *plumbaginea.*

B. foliis subcordatis, orbiculato-acutis subtus pubescentibus, floribus umbellatis. W.

Digitized by Google

Boerhaavia (plumbaginea) foliis subcordatis, orbiculato-acutis: geminibus glanduloſis. *Cavan. ic. vol. 2. n. 121. tab. 112.* *

Bleywurzartige Boerhaavie. W.

Habitat in Hiſpania *ad radices* Orcellitani *montis.* 4. Umbellae *axillares longe pedunculatae.* Corolla *pallide roſea.* Stamina *tria.* Fructus *turbinatus, ſtriatus, coronatus apice tuberculis pedicellatis.* W.

6. BOERHAAVIA *ſcandens.*

B. caule erecto, floribus umbellatis diandris, foliis cordatis. *Willd. phytog. 1. n. 4.* *

B. caule erecto, floribus diandris, foliis cordatis acutis. *Mant. 315. Jacq. hort. t. 4. Forskoel. fl. aegypt. deſcr. p. 3. n. 5.*

B. caule ſcandente, floribus diandris. *Spec. pl. 1. p. 4. Mill. dict. n. 3.*

B. floribus umbellatis, ſeminibus filiformibus truncatis apice tuberculatis. *Gouan. hort. 2.*

Boerhaavia (*ſcandens*) foliis cordatis ſubrepandis, caule glabro ſcandente, floribus umbellatis verticillatisque, fructibus clavatis, apice tuberculatis. *Swartz obſ. p. 12.* *

Boerhaavia ſarmentoſa. *Brown. jam. 123.*

Valerianella, alſines folio, ſcandens. *Sloan. jam. 91. hiſt. 1. p. 210. Rai. ſuppl. 244.*

Valerianella curaſſavica, ſemine aſpero viſcoſo. *Pluk. alm. 381. t. 113. f. 7.*

Antaniſophyllum ſcandens, alſines majoris folio. *Vaill. act. 1722. p. 258.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 39.

Kletternde Boerhaavie. W.

Habitat in ſaxoſis maritimis Jamaicae *aliarumque inſularum* Indiae occidentalis. ♄ (v. v.)

Caulis *fruteſcens*, 6-*pedalis, erectus, ſtrictiſſimus, laevis.* Rami *alterni.* Folia *cordata, glabra.* Umbellae *ſexflorae, virides*: Involucrum 5-*phyllum.*

*7. BOERHAAVIA *excelſa.*

B. caule erecto. foliis inferioribus cordato-ovatis, ſummis ovatis, floribus umbellatis triandris. *Willd. phytog. 1. n. 5.* *

Hohe Boerhaavie. W.

Habitat in — — — ♄ (v. v.)

Differt a praecedente cui ſimillima: 1) caule *altiore;*

Digitized by Google

2) foliis *ſummis ovatis*; 3) corollis *purpureis duplo majoribus*; 4) Staminibus *tribus*. W.

*8. BOERHAAVIA *repanda*.

B. caule erecto, foliis cordatis repando-ſinuatis, floribus umbellatis triandris. W.

Valeriana (*chinenſis*) floribus triandris, foliis omnibus cordatis repando-lobatis. *Specl. p.* 47. *Burm. ind.* 15. *tab.* 6. *fig.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 186.

Ausgeſchweifte Boerhaavie. W.

Habitat in India, China. (v. ſ.)

Similis Boerhaaviae ſcandenti, *ſed oppoſitis ramis et pedunculis*. Folia *lobato-repanda*. Umbellae *proliferae ſ. paniculatae*. Fructus *minores*. *Syſt. Veg.*

Caules *herbacei erecti, plus quam pedales, ramis floriferis oppoſitis*; Folia *oppoſita petiolata, glabra cordata, acuta, lobis lateralibus utrinque binis obtuſis*. Rami *et* caules *terminati umbellulis involucello cinctis*. Semina *nuda*. *Sp. pl.*

Variat ramis floriferis alternis. W.

*9. BOERHAAVIA *chaerophylloides*.

B. foliis bipinnatifidis dentatis, floribus umbellatis triandris. W.

Valeriana (*chaerophylloides*) floribus triandris, foliis omnibus pinnatis: foliolis pinnatifidis laciniatis, pedunculis axillaribus. *Smith. Ic. ined.* 1. *faſc.* 3. *p.* 53. *t.* 53.

Kälberkropfartige Boerhaavie. W.

Habitat in provincia Chancay Peruae, *locis humidis inter rupes*. ☉

Habitus totius plantae eſt ut in Boerhaaviis, *et in omnibus characteri generico reſpondet, excepto tantum* ſtylo, *qui trifidus eſt*. W.

10. BOERHAAVIA *repens*.

B. caule repente. †

B. nubica minor. *Vaill. ſex.* 53.

β. B. nubica minima. *Vaill. ſex.* 55.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 40.

Kriechende Boerhaavie. W.

Habitat in Nubia *inter Mocho et Tangos*. ♃

11. BOERHAAVIA *anguſtifolia*.

B. foliis linearibus acutis. *Syſt. Veg. p.* 50. †

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 40.

Digitized by Google

Schmalblättrige Boerhaavie. W.
Habitat —

*12. BOERHAAVIA *tetrandra.*
B. caule repente, floribus tetrandris. *Forſt. prod.* 2.
Viermännige Boerhaavie. W.
Habitat in inſulis Societatis.
Celeb. Dahl (obſerv bot. p. 7.) *Boerhaavias ad Valerianam perperam reduxit.* Boerhaavia *ad Claſſem Triandriam pertinet, et a* Valeriana *facillime habitu, calyce minutiſſimo, vix absque lentis ope conſpicuo, integerrimo diſtinguitur.* W.
Annulum nectariferum *minutiſſimum, ſubinde denticulatum, baſin germinis cingentem in* Boerhaavis *obſervavit. Swartz obſ. p.* 12. W.

* 21. POLLICHIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1705.
Cal. 1-phyllus 5-dentatus. *Cor.* o. *Sem.* 1. *Recept.* ſquamae baccatae, fructus includentes.

*1. POLLICHIA *campeſtris.*
Pollichia. *Aiton. Kewenſ.* 1. *p.* 5.
Neckeria campeſtris. *Gmel. Syſt. veg. p.* 16.
Acker Pollichie. W.
Habitat ad Cap. b. ſp. ♂ (v. ſ.)
Caules *teretes, tomento raro pubeſcentes, ramoſi.* Folia *verticillata, verſus unum latus vergentia, lineari-lanceolata, acuta, integerrima, glabra, vix uncialia.* Stipulae *plurimae membranaceae lanceolatae perſiſtentes inaequales, pleraeque ſesquilineares.* Flores *ſeſſiles, congeſti in capitulum axillas trium vel quatuor foliorum occupans. Ait. l. c.*

22. SALICORNIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 14.
Calyx ventriculoſs, integer. *Petala* o. *Sem.* 1.

1. SALICORNIA *herbacea.*
S. herbacea patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis, ſpicis axillaribus oppoſitis pedunculatis, ſquamis obtuſis. W.
S. herbacea, patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis. *Flor. ſuec.* 1. *Mat. med. p.* 36. *Oed. dan.* 303. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 8. *Pallas. it.* 1. *app. n.* 89. *Scop.*

Digitized by Google

carn. ed. 2. *n.* 1. *Jacq. vind. p.* 1. *Mill. dict. n.* 1. *Blackw. t.* 598. *Grim. in Nov. Act. A. N. C. tom.* 3. *app.* 252. *et tom.* 5. *app. p.* 120. *Roth. germ.* 1. *p.* 1. *II. p.* 1. *Hoffm. germ.* 1.

S. articulis apice crassioribus obtusis. *Ger. prov.* 328. *Bast. suppl.* 2. *p.* 105. *t.* 50.

S. annua. *Sauv. monsp.* 7.

Salicornia. *Hort. cliff.* 490. *Roy. lugdb.* 205. *Dod. pempt.* 82.

Kali geniculatum s. Salicornia. *Bauh. hist.* 3. *p.* 705. *n.* 1. 2. 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 41.

Krautartiges Glasschmalz. W.

Habitat in Europae *littoribus maritimis*, Virginia. ⊙ (v. v.)

Spica *articulata*; flores *terni, approximati, monandri, in quovis articulo utrinque.* BASTER *l. c.* Stamina *duo iterum numerat* FORSTER *in Act. angl.* 1767. *vol.* 57. *t.* 312.

Salicornia herbacea est semper diandra, observante Moehring. *vid. Ehrh. Beit.* 7. *p.* 178. W.

*2. SALICORNIA *perennans.* W.

S. herbacea patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis, spicis axillaribus ternis pedunculatis, squamis acutis, radice perenni. W.

Salicornia herbacea *β. Pall. it.* 1. *app. n.* 89. *t. D. fig.* 1.

Ausdaurendes Glasschmalz. W.

Habitat in Sibiria *ad* Iaikum *in paludibus siccioribus.* ♃

3. SALICORNIA *fruticosa.*

S. caule erecto fruticoso, articulis ramulorum ancipitibus, squamis floralibus truncatis membranaceis. W.

S. caule erecto fruticoso. *Gmel. sib.* 3. *p.* 8. *t.* 1. *f.* 1?

S. articulis subaequalibus obtusis, internodiis approximatis. *Ger. prov.* 328.

S. sempervirens. *Sauv. monsp.* 7.

Kali geniculatum majus. *Bauh. pin.* 289.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 42.

Stranchartiges Glasschmalz. W.

Habitat in Europae *maritimis.* ♄ (v. v.)

Sempervirens et erecta longeque major, a priori videtur diversa, praeterquam quod etiam spicae differant; haec in Suecia non visa, ubi prior notissima; differentia levis erit, si ulla.

Digitized by Google

*4. SALICORNIA *ſtrobilacea.*

S. caule proſtrato fruticoſo, articulis truncatis alternatim ſpiciferis, ſpicis nudis breviſſimis oppoſitis. W.
Salicornia ſtrobilacea. *Pall. it.* 1. *app. n.* 91. *t. E.*
Salicornia arboreſcens ſine geniculis. *Buxb. cent* 1. *p.* 6. *t.* 10. *f.* 2.
Zapfenartiges Glasſchmalz. W.
Habitat in praeruptis ſalſis Maris caſpici. ♄ (v. ſ.)

5. SALICORNIA *virginica.*

S. herbacea erecta, ramis ſimpliciſſimis. *Syſt. Veg p.* 52. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 5. *p.* 43.
Virginiſches Glasſchmalz. W.
Habitat in Virginia.
Rami *oppoſiti, indiviſi, terminati ſpica longa, articulata: diſtinguenda ab herbacea, quae etiam in Virginia creſcit. In ſpecie quadam Virginiana, quam nuper ante oculos habui vivam, erat calyx ſquama ovata cochlearis inſtar concava erecta. Stamina certe duo. Piſtillum ſuperum.*
Salicornia virginica ad ſalinas Germaniae obſervata (Scholl. ſuppl. fl. barb. n. 1016.) *eſt ſola S. herbaceae varietas.* W.

6. SALICORNIA *arabica.*

S. foliis alternis vaginantibus obtuſis dehiſcentibus. *Lin. ſuppl.* 81.
S. articulis obtuſis baſi incraſſatis, ſpicis ovatis. *Pall. it.* 1. *app. n.* 92. *t. D. f.* 3.
Kali geniculatum minus. *Bauh. pin.* 289. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 610. *ſ.* 5. *t.* 33. *f.* 7. *Rai. hiſt.* 211.
Salicornia (*perfoliata*) fruticoſa; foliis carnoſis urceolato-orbiculatis, caule perfoliatis. *Forſk. aeg. arab. p.* 3. *n.* 4?
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 43.
Arabiſches Glasſchmalz. W.
Habitat in Arabia. ♄

7. SALICORNIA *foliata.*

S. foliis linearibus alternis amplexicauli-decurrentibus. *Lin. ſuppl.* 81. *Pall. it.* 1. *app. n.* 93. *t. F.*
Blättriges Glasſchmalz. W.
Habitat in Sibiria. ♄
Frutex *lignoſus.* Rami *alterni ſubſimplices.* Folia

linearia alterna carnosa, basi amplexicauli adnata, quasi decurrentia. Fructificationem *non vidi.*

*8. SALICORNIA *amplexicaulis.*

S. foliis cordatis amplexicaulibus. *Vahl. Symbol. 2. p. 1.*
Scheidenblättriges Glasschmalz. W. *Vahl Enum. 1. p. 13*
Habitat ad littora lacus prope Bardo Tuneti. ♄

Caulis *decumbens, basi fruticescens, palmaris vel parum ultra, ramosissimus:* rami *ex omnibus axillis foliorum, alterni patentissimi, sesquipollicares, bini semper approximati.* Folia *parva alterna obtusiuscula, subtus convexa, supra planiuscula amplectentia, in ramis junioribus imbricata.* Vahl. l. c.

9. SALICORNIA *caspica.*

S. articulis cylindricis, spicis filiformibus. *Lepech. it. 1. p. 254. Pall. it. 1. app. n. 90. t. D. fig. 2.*
Kali arborescens, tamarisci facie. *Buxb. cent. 1. t. 11. f. 1. Houttuyn Lin. Pst. Syst. 5. p. 43.*
Caspisches Glasschmalz. W.
Habitat in squalidis maris Caspici et Mediae. ♄

23. HIPPVRIS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 15.

Calyx, margo bilobus. *Petala* nulla. *Stigma* simplex. *Sem.* 1.

1. HIPPVRIS *vulgaris.*

H. foliis stellatis plurimis linearibus acutis. *Hellen. Diss. apud Usteri delect. 1. p. 10.*
Hippuris. *Flor. lapp. 1. Fl. succ. 2. 2. Hort. cliff. 3. Roy. lugdb. 205. Dalib. par. 1. Jacq. vind. p. 1. Mattusch. sl. sile. 1. n. 1. Necker. gallo-belg. p. 2. Fl. dan. t. 78. Poll. pal. n. 1. Roth. germ. I. p. 2. II. p. 2. Hoffm. germ. 1.*
Hippuris (*vulgaris* foliis octonis subulatis. *Lin. suppl. 81.*
Limnopeuce vulgaris. *Scop. carn. ed. 2. n. 2.*
Limnopeuce. *Vaill. act. par. 1719. t. 1. f. 3. Cord. p. 150. Hall. helu. n. 1572.*
Pinastella. *Dill. gieff. app. 168.* R.
Equisetum palustre, brevioribus foliis, polyspermum *Bauh. pin. 15.*
Polygonum femina. *Cam. epit. 689.*
β. Equisetum palustre Linariae scopariae folio. *Bauh. prodr. 12. theatr. 251.* R.

Digitized by Google

Houttuyn Pſl. Syſt. 5. *p.* 45.
Gemeiner Tannenwedel. W.
Habitat in Europae *fontibus, foſſis aquoſis, lacubus.*
4 (v. v.)

2. HIPPVRIS *tetraphylla.*
H. foliis inferioribus quaternis, ſuperioribus ſenis obtuſis. W.
H. tetraphylla, foliis quaternis oblongis ovatis. *L. ſuppl.* 81.
Hippuris (*maritima*) foliis ſtellatis ſubſenis: ſubmerſis ſpathulatis; emerſis ovatis, obtuſis. *Hellen. Diſſ. in Uſteri Delect. opuſc.* 1. *p.* 11. *tab.* 1.
Hippuris (*maritima*) foliis lato-lanceolatis, inferioribus quaternis, ſuperioribus quinis. *Retz. prod. fl. ſcand. ed.* 2. *p.* 2.
H. (lanceolata) foliis lanceolatis, inferioribus quaternis, ſuperioribus quinis. *Retz. obſ. faſc.* 3. *p.* 7. *tab.* 1.
Vierblättriger Tannenwedel. W.
Habitat ad littora maris in Suecia, Finnlandia *circa* Aboam. 4 (v. ſ.)

* 24. MITHRIDATEA.
Gen. plant. edit. Schreb. n. 1706.
Recept. multiflorum 4-fidum. *Cal.* o. *Cor.* o. *Semina* ſolitaria receptaculo carnoſo immerſa.

*1. MITHRIDATEA *quadrifida.*
Tambouriſſa quadrifida. *Sonnerat. it. ed. germ.* 2. *p.* 185. *tab.* 134.
Vierſpaltiger Trommelbaum. W.
Habitat in inſulis Madagaſcariae, Mauritii, Bourboniae ♄
Arbor *ramis oppoſitis.* Folia *petiolata oppoſita elliptica obtuſa integerrima venoſa.* Flores *ſolitarii pedunculati quadrifidi laterales in ramis ſenioribus.* Fructus *carnoſus magnitudine pomi.* W.

DIGYNIA.

* 25. LACISTEMA.
Gen. plant. edit. Schreb. n. 1707.
Cal. amenti ſquama. *Cor.* 4-partita. *Filamentum* bifidum. *Bacca* pedicellata monoſperma.

*1. LACISTEMA *myricoides.*
Laciſtema, *Swartz prod. p.* 12. *Ejusd. Icon. faſc.* 1. *tab.* 1.

Digitized by Google

Piper (*aggregatum*) foliis ovatis acuminatis, ſpicis aggregatis ſeſſilibus breviſſimis. *Berg. Act. helv.* 7. *p.* 131. *tab.* 10.

Amerikaniſcher Gagelpfeffer. W.

Habitat in fruticetis montium Jamaicae, *inque* Surinamo. ♄

26. CORISPERMVM.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 16.

Cal. o. *Petala* 2. *Sem.* 1, ovale, nudum.

1. CORISPERMVM *hyſſopifolium.*

C. ſpicis terminalibus, foliis linearibus enerviis muticis. *Pall. roſſ.* 2. *p.* 112. *tab.* 98.

C. floribus lateralibus. *Hort. upſ.* 2. *Mill. dict. n.* 1. *Pall. it.* 1. *p.* 36. *Kniph. orig. cent.* 8. *n.* 32.

C. floribus alternis. *Hort. cliff.* 3. *It. gotl.* 316. *Roy. lugdb.* 205. *Sauv. monſp.* 32.

C. hyſſopifolium. *Juſſ. act. par.* 1712. *p.* 244.

Rhagroſtis ſeminepaſſinacae. *Buxb. cent.* 3. *p.* 30. *t.* 55. R. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 5. *p.* 47.

Iſopblättriger Wanzenſaame. W.

Habitat ad Wolgam Tartariae: *Gillan* Boruſſiae, Monſpelii, *locis arenoſis.* ⊙ (v. v.)

2. CORISPERMVM *ſquarroſum.*

C. ſpicis axillaribus ſquarroſis, foliis lanceolato-acuminatis pungentibus nervoſis. *Pall. roſſ.* 2. *p.* 113. *t.* 99.

C. ſpicis ſquarroſis. *Hort. upſ.* 3. * *Mill. dict. n.* 2.

Rhagroſtis foliis arundinaceis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 30. *t.* 56. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 5. *p.* 48.

Sparrichter Wanzenſaame. W.

Habitat ad Wolgam Tartariae, *inque deſertis* Coſſacorum. ⊙

Utramque *conjungit Gmel. ſib.* 3. *p.* 10. *n.* 3.

27. CALLITRICHE.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 17.

Cal. o. *Petala* 2. *Capſ.* 2-locularis, 4-ſperma.

1. CALLITRICHE *verna.*

C. foliis ſuperioribus oualibns, floribus androgynis. *Flor. Suec.* 3. *Pollich. ſt. pal. n.* 2. *Oed. dan. t.* 129. *Reyg.*

Digitized by Google

fl. ged. II. p. 26. *de Necker fl. gallo-belg. p.* 1. *Mattuſch. fl. ſileſ. n.* 2. *Thunb. jap.* 16. *Roth. germ.* 1. *p.* 389. *Hoff. germ.* 2.

C. foliis oppoſitis oblongis, fructibus integris. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 13. *n.* 4.

Stellaria foliis imis linearibus, ſupremis ſubrotundis. *Hall. helu. n.* 554.

Coriſpermum foliis oppoſitis. *Fl. lapp.* 2. *Gron. virg.* 3.

Stellaria aquatica. *Bauh. pin.* 141.

β. Lenticula paluſtris bifolia, fructu tetragono. *Bauh. pin.* 262.

Stellaria foliis petiolatis ſubrotundis. *Hall. helu. n.* 355.

Callitriche Plinii. *Column. ecphr. p.* 315. *t.* 316.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 49.

Frühlings Waſſerſtern. W.

Habitat in Europae *foſſis aquoſis, Vere florens.* (v.v.)

2. CALLITRICHE *intermedia.*

C. foliis ſuperioribus ovalibus, caulinis linearibus apice bifidis. *Schkuhr bot. Handb. t.* 1. *f. e. Hoffm. germ.* 2.

Callitriche dubia. *Hoffm. obſ. bot. n.* 1. *Roth. germ.* 1. *p.* 389.

Mittler Waſſerſtern. W.

Habitat in Europae *foſſis aquoſis. Vere florens.* (v. v.)

3. CALLITRICHE *autumnalis.*

C. foliis omnibus linearibus, apice bifidis, floribus hermaphroditis. *Fl. ſuec.* 4. *Pollich. pal. n.* 3. *de Necker. fl. gallob. p.* 3. *Reyg. fl. gedan. II. p.* 26.

Stellaria foliis omnibus linearibus. *Hall. helu. n.* 355.

Callitriche foliis oppoſitis oblongis, fructibus quadrifariam dehiſcentibus. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 13. *n.* 5. *t.* 1. *f.* 2. R.

Stellaria aquatica, foliis longis tenuiſſimis. *Rai. ſyn.* 3. *p.* 290. *Vaill. pariſ.* 190. R.

Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio apice diſſecto. *Loeſel. pruſſ.* 140. *t.* 38.

Alſine aquatica minor ſ. fluitans. *Bauh. pin.* 257.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 49.

Herbſt Waſſerſtern. W.

Habitat in Europae *foſſis aquoſis, Autumno florens.* (v. v.)

Flores *inferiores feminae, ſuperiores mares.* HALL. R.

Digitized by Google

28. BLITVM.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 18.

Cal. 3-fidus. *Pet.* 0. *Sem.* 1, calyce baccato.

1. BLITVM *capitatum.*

B. capitellis ſpicatis terminalibus. *Hort. upſ.* 3. *Mill. dict. n.* 1. *Knorr. del. hort.* 1. *t. E.* 3. *Hoffm. germ.* 2.

B. foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis ſummis nudis. *Virid. cliff.* 1. *Roy. lugdb.* 206.

B. foliis triangularibus dentatis. *Hort. cliff.* 28.

B. foliis ſemitrilobis, rariter dentatis. *Hall. helu. n.* 1571.

Morocarpus capitatus. *Scop. carn. II. n.* 3. R.

Atriplex mori fructu minima. *Morif. hiſt.* 2. *p.* 606. *t.* 32. *f.* 11. *Hall. R.*

Atriplex baccifer. *Rai. hiſt.* 197

Atriplex ſilveſtris lappulas habens. *Bauh. pin.* 119.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 51.

Aehrenblütiger Erdbeerſpinat. W.

Habitat in Europa: *praeſertim in comitatu* Tyrolenſi. ⊙ (v. v.)

(*In* Rhaetia *et* Helvetia *tranſalpina. Hall.*)

2. BLITVM *virgatum.*

B. capitellis ſparſis lateralibus. *Hort. upſ.* 3. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 16. *Mill. dict. n.* 2. *Kniph. orig. cent.* 5. *n.* 19.

B. fol. triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis ſummis foliofis. *Hort. cliff.* 495.

Atriplex mori fructu minor ſ. frugifera minor. *Morif. hiſt.* 3. *p.* 606. *f.* 5. *t.* 32. *f.* 2. R.

Atriplex ſilveſtris, mori fructu. *Bauh. pin.* 519.

β. Blitum (*chenopodioides*) capitellis verticillatis exſuccis. *Mant.* 170.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 52.

Gemeiner Erdbeerſpinat. W.

Habitat in Tartaria, Hiſpania, Gallia Narbonenſi. ⊙ (v. v.)

Blitum chenopodioides *eſt monſtroſa varietas hujus ſpeciei teſte Clariſſ.* Retzio. W.

29. MNIARVM.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 19.

Cal. 4-partitus ſuperus. *Cor.* 0. *Semen* 1.

1. MNIARVM *biflorum.*

M. biflorum. *Lin. ſuppl.* 81. *Forſt. prod. n.* 6. *Forſt. Com. Soc. Goett.* 9. *p.* 19. *tab.* 1. *

Zweyblütige Moosmire. W.

Digitized by Google

Habitat in Nova Zeelandia *et in* Terra del Fuego. 4. *Planta* Minuartiae *faciem adeo ſimilem habet, ut illius generis, flore non examinato, jurares eſſe, glaberrima, dichotoma, undique veſtita* foliis *approximatis, aceroſis, connatis.* Flores *terminales bini ſubſeſſiles, foliis fere breviores.*

30. CINNA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 20.

Cal. Gluma 2-valvis, uniflora. *Cor.* Gluma 2-valvis. *Sem.* 1.

1. CINNA *arundinacea.*

Cinna *Forſkoehl. fl. aegypt. defcr. p.* 3.
Rohrartige Cinne. W.
Habitat in Canada, *unde ſemina per D. Kalm.* 4

Gramen *magnitudine Avenae.* Culmi *plurimi, glabri.* Folia *latiuſcula, glabra, margine ſcabra.* Panicula *oblonga, attenuata, compreſſiuſcula, ſecunda.* Calycis *gluma bivalvis, uniflora, carinata, carina ſcabra: valvula majori mucrone ariſtiformi.* Corollae *gluma bivalvis: valvula exteriore intra minorem calycis calyce toto paulo longior, infra apicem mucronata.* Anthera *purpurea.* Styli *hirſuti.*

Sine dubio Agroſtidis ſpecies, at Agroſtis Cinna. Retz. *ab hoc gramine eſt diſtinctiſſima. Synonymum* Forſkaehlii *mihi dubium videtur.* W.

Digitized by Google

Classis II.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

* *Flores inferi, monopetali, regulares.*

36. OLEA. *Corolla* 4-fida: laciniis subovatis. *Drupa* monosperma.

37. CHIONANTHVS. *Corolla* 4-fida: laciniis longissimis. *Drupa* monosperma, nuce striata.

35. PHILLYREA. *Cor.* 4-fida. *Bacca* monosperma.

34. LIGVSTRVM. *Cor.* 4. fida. *Bacca* tetrasperma.

*40. PIMELEA. *Cor.* 4- fida. *Cal.* nullus. *Stamina* fauci inserta. *Nux* corticata unilocularis.

38. SYRINGA. *Corolla* 4-fida. *Capsula* bilocularis.

41. ERANTHEMVM. *Cor.* 5- fida: laciniis obovatis planis. *Capsula.*

31. NYCTANTHES. *Cor.* 4- fida: laciniis truncatis. *Capsula* 2- locularis marginata. *Semina* solitaria.

32. IASMINVM. *Cor.* 5-8- fida. *Bacca* dicocca. *Semina* solitaria arillata.

*33. GALIPEA. *Cor.* 4-5-fida. *Stam.* 4-duo sterilia. *Capsula?*

** *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capsularis.*

45. PAEDEROTA. *Cor.* 4- fida, fauce glabra. *Cal.* 5-partitus. *Capsula* 2- locul.

*46. WVLFENIA. *Cor.* 4- fida, fauce barbata. *Cal.* 5-partitus. *Capsula* 2- locul.

44. VERONICA. *Cor.* 4- fida, limbo planiusculo: lacinia inferiore angustiore. *Capsula* 2-locul.

49. GRATIOLA. *Cor.* 4-fida bilabiata resupinata. *Stamina* 4: duo sterilia. *Capsula* 2-locul.

50. SCHWENKIA. *Cor.* subaequalis: ore plicato-stellato glandulosо. *Stam.* 5: 3 sterilia. *Capsula* 2-locul.

48. JVSTICIA. *Cor.* irregularis. *Capsula* 2- locul. ungue elastico dissiliens: *Dissepimentum* contrarium adnatum.

*47. CYRTANDRA. *Cor.* irregularis. *Stam.* 4: 2 sterilia. *Bacca* 2- locularis.

53. PINGVICVLA. *Cor.* ringens: calcarata. *Cal.* 5-fidus. *Capsula* 1- locul.

51. CALCEOLARIA. *Cor.* ringens inflata. *Cal.* 4-fidus. *Capsula* 2- locul. 4- valvis.

Digitized by Google

*52. BAEA. *Cor.* ringens. *Cal.* 5-partitus. *Capſ.* 2-locul. 4-valvis.

54. UTRICVLARIA. *Cor.* ringens calcarata. *Cal.* 2-phyllus. *Capſ.* 1-locularis.

*55. GHINIA. *Cor.* ringens. *Cal.* 5-ariſtatus. *Nux* carnoſa 4-locul.

*66. SCIVRIS. *Cor.* ringens. *Stam.* 5: 3 ſterilia. *Capſ.* 5 coalitae.

† *Hemimeris fabuloſa, diffuſa, montana. Bignonia Catalpa, longiſſima.*

*** *Flores inferi monopetali, irregulares. Fructus gymnoſpermi.*

56. VERBENA. *Cor.* ſubaequalis. *Cal.* lacinia ſuprema breviore.

57. LYCOPVS. *Cor.* 4-fida ſubaequalis; lacinia unica emarginata. *Stam.* diſtantia.

58. AMETHYSTEA. *Cor.* 5-fida ſubaequalis; lacinia infima concava. *Stam.* approximata.

60. ZIZIPHORA. *Cor.* ringens: galea reflexa. *Cal.* filiformis.

61. MONARDA. *Cor.* ringens: galea lineari obvolvente genitalia.

62. ROSMARINVS. *Cor.* ringens: galea fornicata bifida. *Stam.* curua cum dente.

63. SALVIA. *Cor.* ringens. *Filamenta* transverſe pedicellata.

59. CVNILA. *Cor.* ringens: galea plana. *Stam.* 4: 2 ſterilia.

64. COLLINSONIA. *Cor.* ſubringens: labio capillari multifido.

**** *Flores inferi polypetali.*

*42. FONTANESIA. *Cor.* 2-petala. *Cal.* 4-partitus. *Capſ.* 2-locul. non dehiſcens.

*68. LITHOPHILA. *Cor.* 3-petala. *Cal.* 3-phyllus. *Pericarp.* 2-locul.

*69. LINOCIERA. *Cor.* 4-petala. *Cal.* 4-dentatus. *Bacca* 2-locul.

39. DIALIVM. *Cor.* 5-petala. *Cal.* nullus.

† *Polycnemum ſcleroſpermum.*

***** *Flores ſuperi.*

65. MORINA. *Cal.* fructus dentato-ariſtatus: floris bifidus.

43. CIRCAEA. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 2-petala obcordata.

67. GLOBBA. *Cal.* 3-fidus, *Cor.* 3-fida. *Capſ.* 3-locularis.

Digitized by Google

† *Valeriana Cornucopiae. Boerhaavia erecta, hirſuta, ſcandens.*

****** *Flores apetali.*

70. ANCISTRVM. *Cal.* 4-phyllus. *Drupa* exſucca hiſpida 1-locul.

*71. ARVNA. *Cal.* 5-partitus. *Bacca* 1-locularis.

DIGYNIA.

72. ANTHOXANTHVM. *Cal.* Gluma 2-valvis 1-flora. *Cor.* Gluma 2-valvis acuminata variſtata.

*73. CRYPSIS. *Cal.* Gluma 2-valvis 1-flora. *Cor.* Gluma 2-valvis mutica.

† *Saccharum cylindricum, Thunbergii.*

TRIGYNIA.

74. PIPER. *Cal.* o. *Cor.* o. *Bacca* 1-ſperma.

Digitized by Google

MONOGYNIA

31. NYCTANTHES.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 21.

Cor. hypocrateriformis: *laciniae* truncatae. *Capſ.* bilocularis, marginata. *Semina* ſolitaria.

1. NYCTANTHES *Arbor triſtis.*

N. caule tetragono, foliis ovatis acuminatis, pericarpiis membranaceis compreſſis *Fl. zeyl.* 11.

Scabrita ſcabra. *Syſt. nat. ed.* 12. *p.* 115. *Vahl. ſymb.* 2. *p.* 28.

abrita triflora. *Mant. plant* 1. *p.* 37.

Arbor triſtis. *Cluſ. exot. p.* 225. 279. myrto ſimilis. *Bauh. pin.* 469.

Mania-pumeran. *Rheed. mal.* 1. *p.* 35. *t.* 21. *Rai. hiſt. p.* 1698.

Houttuyn. Lin. Pſl. Syſt. 1. *p.* 209. *tom.* 3. *p.* 89.

Indiſcher Trauerbaum. W.

Habitat in India. ♄ (v. ſ.)

32. JASMINVM.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 22.

Cor. hypocrateriformis 5-8-fida. *Bacca* dicocca. *Semina* ſolitaria arillata.

* *Foliis ſimplicibus.*

1. JASMINVM *Sambac.*

J. foliis oppoſitis ſimplicibus ellipticis ovatis ſubcordatisque membranaceis opacis, ramulis petiolisque pubeſcentibus, laciniis calycinis ſubulatis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 8.

Nyctanthes (*Sambac*) foliis inferioribus cordatis obtuſis, ſuperioribus ovatis acutis. *Hort. upſ.* 4. * *Kniph. orig. cent.* 7. *n.* 64. *Fabric. helmſt.* 3. *p.* 293. * *Thunb. jap.* 17.

Nyctanthes caule volubili, foliis ſubovatis acutis. *Hort. cliff.* 5. *Flor. zeyl.* 12. *Roy. lugdb.* 398.

Syringa arabica, foliis mali aurantii. *Bauh. pin.* 398.

Jaſminum ſ. Sambac arabum, folio acuminato. *Till. piſ.* 87. *t.* 31.

Jaſminum limonii folio conjugato. *Burm. zeyl.* 128. *t.* 58. *f.* 2. *Angl. hort. t.* 27.

Jaſminum arabicum. *Cluſ. cur.* 3. *t.* 3.

Flos manorae. *Rumph. amb.* 5. *p.* 52. *t.* 30.

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 3. *p.* 3.
Arabiſcher Jaſmin. W.

β. floribus multiplicatis, laciniis oblongis acutis tubo brevioribus. *Aiton. l. c.*

γ. floribus plenis, laciniis ſubrotundis tubo longioribus. *Aiton. l. c.*

Kudda-mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 89. *t.* 51.
Habitat in India. ♄ (v. v.)

2. JASMINVM *undulatum.*

J. foliis ovatis acuminatis undulatis, ramis teretibus.
Nyctanthes undulata. *Sp. plant.* 2. *p.* 8.
Jaſminum indicum, flore polypetalo exalbido, fructu minori. *Rai. hiſt.* 1601.
Tſjiregam-Mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 97. *tab.* 55.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 3. *p.* 6.
Wellenförmiger Jaſmin. W.
Habitat in Malabaria. ♄

3. JASMINVM *hirſutum.*

J. petiolis pedunculisque villoſis.
Nyctanthes hirſuta. *Sp. plant.* 2. *p.* 8. *Oſb. it.* 205.
Raya-pou. *Rheed. mal.* 4. *p.* 99. *t.* 48. *Raj. hiſt.* 1702. *Burm. ind.* 4.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 1. *p.* 211.
Haariger Jaſmin. W.
Habitat in India. ♄

Cadamba Jaſminiflora. *Sonnerat it.* 2. *tab.* 128. *a figura* Rheedii *inflorescentia, calycis et fructus ſtructura diverſa eſt. Planta Sonneratiana eſt ſine dubio Guettardae ſpecies nec, ut Clariſſ.* Lamarck *autumat, Guettarda ſpecioſa, quae foliis cordatis, inflorescentia et aliis notis, ſecundum figuram* Brownei, *differt.* W.

4. JASMINVM *anguſtifolium.*

J. foliis obtuſis lanceolatis ovatisque.
Nyctanthes anguſtifolia. *Sp. plant.* 2. *p.* 8.
Jaſminum indicum anguſtifolium, fructu gemino. *Tourn. inſt.* 598.
Katu pitſiegam mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 93. *t.* 53.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 3. *p.* 6.
Schmalblättriger Jaſmin. W.
Habitat in Malabariae arenoſis. ♄

5. JASMINVM *vimineum.*

J. foliis oppoſitis ovatis mucronatis, pedunculis axillaribus unifloris, terminalibus trifloris. W.

Digitized by Google

Nyctanthes (*viminea*) ramis teretibus elongatis, foliis ovatis acuminatis, pedunculis axillaribus unifloris: terminalibus trifloris. *Retz. obſ. faſc.* 5. *p.* 9.

Nyctanthes (*triflora*) foliis alternis, ramorum oppoſitis ovatis, pedunculis terminalibus ternis, pedicellis unifloris. *Burm. ind.* 4. *tab.* 2. W.

Ruthenförmiger Jaſmin. W.

Habitat in Java, Malabaria. ♄ (v. ſ.)

Nimis affinis praecedenti.

*6. JASMINVM *pubeſcens.*

J. foliis oppoſitis ovatis cordatis utrinque pubeſcentibus. W.

Nyctanthes (*pubeſcens*) ramis teretibus hirſutis, foliis cordatis utrinque pubeſcentibus. *Retz. obſ. faſc.* 5. *p.* 9.*

Nyctanthes (*multiflora*) pedunculis multifloris terminalibus, foliis ovatis. *Burm. ind.* 5. *t.* 3. *f.* 1? (*excluſis ſynonymis*) W.

Weichhaariger Jaſmin. W.

Habitat in Calcutta. ♄

*7. JASMINVM *ſcandens.*

J. foliis oppoſitis ſimplicibus ovato - oblongis attenuatis, paniculis brachiatis, laciniis calycinis ſetaceis reflexis. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 2.

Nyctanthes (*ſcandens*) glabra, ramis teretibus elongatis ſcandentibus, foliis oblongo - cordatis, paniculis brachiatis axillaribus. *Retz. obſ. faſc.* 5. *p.* 9.

Rankender Jaſmin. W.

Habitat in Bengalia, *ubi ad ſummitates arborum ſcandit.* ♄.

8. JASMINVM *elongatum.*

J. foliis cordatis lanceolatis acutis elongatis minoribusque, ramis teretibus.

Nyctanthes elongata. *Lin. ſuppl.* 82. *Berg. Act. angl.* 1772. *p.* 290. *t.* 11.

Langblättriger Jaſmin. W.

Habitat in India orientali ♄

Rami *teretes: ſuperiores villoſi* Folia *cordata, ſublanceolata, glabra: infima cordata ovata.* Flores 5 *f.* 6 *ſubumbellati.* Calyx *minimus; laciniis ſubulatis piloſis.* Corollae *tubus ſuperne incraſſatus.*

9. JASMINVM *glaucum.*

J. foliis oppoſitis ſimplicibus lanceolatis nitidis, laciniis calycinis ſubulatis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 9.

Jaſminum (*liguſtrifolium*) foliis oppoſitis ſimplicibus lanceolatis craſſiuſculis. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 209.

Digitized by Google

Jaſminum (*glaucum*) foliis oblongis mucronatis. *Thunb. prod.* 2.

Nyctanthes (*glauca*) glauca, caule tereti, foliis lanceolatis acutis trinerviis, pedunculis trifidis. *Lin. ſuppl.* 82.

Grauer Jaſmin. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. ♄

Frutex *ramis teretibus laevibus oppoſitis.* Folia *oppoſita, petiolata, lanceolata, laevia.* Pedunculi *terminales trifidi ſ. triflori.* Flores *Jaſmino officinali majores.*

*10. JASMINVM *trinerve.*

J. foliis oppoſitis ſimplicibus ovatis attenuatis trinerviis, pedunculis axillaribus ſubunifloris. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 2. *

Dreynerviger Jaſmin. W.

Habitat in Java. ♄

*11. JASMINVM *ſimplicifolium.*

J. foliis oppoſitis ovato-lanceolatis ſimplicibus. *Forſt. prod. n.* 7.

Jaſminum (*oblongum*) foliis oppoſitis ſimplicibus, pedunculis alternis axillaribus unifloris. *Burm. ind. p.* 6. *t.* 3. *f.* 2? W.

Einfachblaettriger Jaſmin. W.

Habitat in inſulis Amicorum. ♄

** *Foliis ternatis.*

*12. JASMINVM *angulare.*

J. foliis oppoſitis ternatis: foliolis ovatis obtuſis, ramulis angulatis petiolisque villoſis, pedunculis axillaribus trifloris. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 1. *

Jaſminum (*capenſe*) foliis oppoſitis ternatis ovatis acuminatis, caule erecto angulato. *Thunb. prod.* 2? W.

Eckiger Jaſmin. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. ♄

*13. JASMINVM *auriculatum.*

J. foliis oppoſitis ternatis; ramulorum floriferorum ſimplicibus, calycibus angulatis ramisque teretibus pubeſcentibus. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 1. *

Geöhrter Jaſmin. W.

Habitat in hortis idolatrorum Malabariae. ♄ (v. ſ.)

*14. JASMINVM *flexile.*

J. glabrum foliis oppoſitis ternatis, racemis axillaribus brachiatis, caule ſcandente, ramis teretibus. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 1. *

Digitized by Google

Biegſamer Jaſmin. W.
Habitat in India orientali. ♄

*15. JASMINVM *didymum.*
J. glabrum, foliis oppoſitis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis, racemis axillaribus. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 2.*
Jaſminum (*didymum*) foliis oppoſitis ternatis, foliolis ovato-lanceolatis acuminatis integerrimis. *Forſt. prod. n.* 8.
Taheitiſcher Jaſmin. W.
Habitat in Societatis *inſulis.* ♄.

16. JASMINVM *azoricum.*
J. foliis oppoſitis ternatis, foliolis ovatis ſubcordatisque undulatis, ramis glabris teretibus, corollae laciniis tubo aequalibus. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 9.
Jaſminum (*azoricum*) foliis oppoſitis ternatis. *Hort. cliff.* 5. *Fl. zeyl.* 13. *Roy. lugdb.* 397. *Kniph. orig. cent.* 9. *n.* 51.
J. foliis oppoſitis ternatis, foliolis cordato-acuminatis. *Mill. dict. n.* 6.
J. azoricum trifoliatum, flore albo odoratiſſimo. *Comm. hort.* 1. *p.* 159. *t.* 82.
J. ſylveſtre triphyllum, floribus rubellis umbellatis. *Burm. zeyl.* 127. *t.* 58. *f.* 1?
J. album trifoliatum, flore magno ex inſula Maderenſi. *Pluk. almag.* 185. *t.* 303. *f.* 1.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 10.
Azoriſcher Jaſmin. W.
Habitat in inſulis Azoricis. ♄ (v. v.)
Synonymum Burmanni *huc non pertinet, forſan cum* Plukenetii alm. 195. *t.* 303. *f.* 2. *ad J. didymum reducendum eſt.* W.

17. JASMINVM *fruticans.*
J. foliis alternis ternatis: foliolis obovatis cuneiformibusque obtuſis, ramis angulatis, laciniis calycinis ſubulatis. *Aiton. Kewenſ.* 1. *p.* 9.
Jaſminum (*fruticans*) foliis alternis ternatis ſimplicibusque, ramis angulatis. *Hort. cliff.* 5. *Hort. upſ.* 5. *Roy. lugdb.* 397. *Sauv. monſp.* 174. *Mill. dict. n.* 3. *Hort. angl. t.* 6. *Du Roi. harbk.* 1. *p.* 315. *Kniph. orig. cent.* 1. *n.* 45. *Med. obſ. Societ. oecon. Lutr.* 1774. *p.* 216.
J. luteum, vulgo dictum bacciferum. *Bauh. pin.* 298.
Trifolium fruticans. *Dod. pempt.* 571.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 11.

Digitized by Google

Strauchartiger Jaſmin. W.
Habitat in Europa *auſtrali et toto* Oriente. ♄ (v. v.)

18. JASMINVM *humile.*

J. foliis alternis acutis ternatis pinnatisque, ramis angulatis, laciniis calycinis breviſſimis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 9.
Jaſminum (*humile*) foliis alternis acutiuſculis ternatis pinnatisque, ramis angulatis. *Hort. upſ.* 5. *Mill. dict. n.* 2. *Kniph. orig. cent. V. n.* 45. *Knorr. del. hort.* 1. *tab.* 1.
J. foliis alternis ternatis acuminatis. *Hort. cliff.* 6. *Roy. lugdb.* 398.
J. humile luteum. *Bauh. pin.* 397.
J. luteum. *Beſl. eyſt. aeſtiv. t.* 40. *f.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 12.
Niedriger Jaſmin. W.
Habitat — — — ♄ (v. v.)
Folia *ſimplicia et ternata in hoc frutice ſemper inveni, pinnata folia vero rariſſime obſervantur. W.*

19. JASMINVM *odoratiſſimum.*

J. foliis alternis obtuſiuſculis ternatis pinnatisque, ramis teretibus, laciniis calycinis breviſſimis. *Ait. Kewenſ.* 1. *p.* 10.
Jaſminum (*odoratiſſimum*) foliis alternis obtuſis ternatis pinnatisque, ramis teretibus. *Hort. upſ.* 5. *Mill. dict. n.* 5.
J. foliis alternis ternatis obtuſis. *Hort. cliff.* 5. *Roy. lugdb.* 397.
J. indicum flavum odoratiſſimum. *Ferr. cult.* 93.
J. flavum odoratum. *Barr. icon.* 62.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 13.
Wohlriechenſter Jaſmin. W.
Habitat in Madera. ♄ (v. v.)

*** *Foliis pinnatis.*

20. JASMINVM *officinale.*

J. foliis oppoſitis pinnatis: foliolis acuminatis, gemmulis erectiuſculis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 10.
J. foliis oppoſitis: foliolis diſtinctis. *Syſt. Veg. p.* 54.
J. foliis oppoſitis pinnatis. *Hort. cliff.* 5. *Hort. upſ.* 5. *Mat. med. p.* 37. *Roy. lugdb.* 397. *Hall. helv. n.* 529. *Mill. dict. n.* 1. *Du Roi. harbk.* 1. *p.* 314. *Blackw. t.* 13. *Kniph. orig. cent.* 3. *n.* 47. *Ludw. ectyp.* 1. 111.
J. vulgatius flore albo. *Bauh. pin.* 397. *Duham.* 1. *t.* 122.

Digitized by Google

J. flore albo candido odorato. *Lob. ic.* 106. *Beſl. eyſt. aeſtiv.* 2. *p.* 2.
Houttuyn. Lin. Pſl. Syſt. 3. *p.* 8.
Gemeiner Jaſmin. W.
Habitat in India, *inque* Helvetia. ♄ (v. v.)

21. JASMINVM *grandiflorum.*

J. foliis oppoſitis pinnatis: foliolis obtuſiuſculis, gemmis horizontalibus. *Ait. Kew.* 1. *p.* 10.
Jaſminum (*grandiflorum*) foliis oppoſitis pinnatis: foliolis extimis confluentibus. *Sp. pl.* 2. *p.* 9. *Mill. dict. n.* 4.
J. hiſpanicum, magno flore externe rubente. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 101. *Merian. ſurin. t.* 46.
J. humilius magno flore. *Bauh. pin.* 397. *Raj. hiſt.* 1600.
Gelſemium catalonicum. *Cam. epit.* 37.
Pitſiegam-mulla. *Rheed. mal.* 6. *p.* 91. *t.* 52.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 3. *p.* 9.
Grosſblühender Jaſmin. W.
Habitat in India. ♄. (v. v.)

Simillimum praecedenti, ſed caulis *rectus nec ſcandens.* Foliola *cauli propiora magis ovata, nec minora; extima tria confluentia ex petiolo dilatato, ut diſtincta cadere nequeant.* Corollae *majores, ſubtus rubrae.*

* 33. GALIPEA.

Aublet. gujan. p. 662.

Cal. 4-5-gonus 4-5-dentatus. *Cor.* hypocraterif. profunde 4-5-partita. *Stam.* 4: duo ſterilia. *Pericarp.*

1. GALIPEA *trifoliata.*

G. trifoliata. *Aubl. gujan. n.* 2. *p.* 662. *tab.* 269.
Dreyblättrige Galipee. W.
Habitat ad fluviorum ripas Gujanae. ♄

Frutex 6-*pedalis*, foliis *alternis petiolatis ternatis: foliolis ſeſſilibus lanceolatis acuminatis integerrimis.* Flores *parvi in cyma pauciflora longe pedunculata terminali.* W.

34. LIGVSTRVM.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 23.

Cor. 4-fida. *Bacca* 4-ſperma.

1. LIGVSTRVM *vulgare.*

L. foliis lanceolatis acutiuſculis, panicula coarctata. *Willd. arb. berol. p.* 169.

Digitized by Google

Liguſtrum. *Hort. cliff.* 6. *Fl. ſuec.* 4. 5. *Roy. lugdb.* 398. *Dalib. par.* 2. *Hall. helu. n.* 530. *Mill. t.* 162. *Blackw. t.* 142. *Pollich. pal. n.* 4. *Scop. carn. II. n.* 4. *Neck. fl. gallob. p.* 4. *Mattuſch. ſil. n.* 3. *Kniph. orig. cent.* 5. *n.* 52. *Du Roi. harbk.* 1. *p.* 364. *Doerr. naſſ. p.* 261. *Hoffm. germ.* 2. *Roth. germ.* 1. *p.* 4. *II. p.* 4.

Liguſtrum (*vulgare*) foliis ovatis obtuſis, panicula ſimpliciter trichotoma. *Thunb. jap.* 17.

L. foliis lanceolato-ovatis obtuſis. *Mill. dict. n.* 1.

L. germanicum. *Bauh. pin.* 472.

Phillyrea. *Dod. pempt.* 775.

β. Liguſtrum (*italicum*) foliis lanceolato-acutis. *Mill. dict. n.* 2. *Du Roi harbk.* 1. *p.* 526.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 15.

Gemeiner Liguſter. W.

Habitat in Europae *collibus glareoſis, ad ſepes.* ♄ (v. v.)

Variat *foliis ternis; foliis auratis: fructu albo.*

Bacca *bilocularis. Scopoli, Du Roi.* R.

*2. LIGVSTRVM *japonicum.*

L. foliis ovatis acuminatis, panicula divaricata. W.

Liguſtrum (*japonicum*) foliis ovatis acuminatis, panicula decompoſite trichotoma. *Thunb. jap.* 17. t. 1.

Japaniſcher Liguſter. W.

Habitat in Japonia. ♄

35. PHILLYREA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 24.

Cor. 4-fida. *Bacca* 1-ſperma.

1. PHILLYREA *media.*

Ph. foliis oblongo-lanceolatis integris ſerratisque. *Ait. Kew.* 1. *p.* 11.

Ph. foliis ovato-lanceolatis ſubintegerrimis. *Hort. upſ.* 5. *Mill. dict. n.* 2.

Ph. fol. ovato-lanceolatis vix crenatis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb.* 398.

α. Phillyrea (*liguſtrifolia*) foliis oblongo-lanceolatis. *Aiton. l. c.*

Ph. liguſtrifolia. *Mill. dict. n.* 5.

Ph. liguſtri folio. *Bauh. pin.* 476.

Ph. tertia. *Cluſ. hiſt.* 1. 52. *fig.*

β. Phillyrea (*virgata*) foliis lanceolatis, ramis erectis vir-

Digitized by Google

γ. Phillyrea (*pendula*) foliis lanceolatis, ramis divaricatis pendulis. *Aiton. l. c.*

δ. Phillyrea (*oleaefolia*) foliis oblongo-lanceolatis, ramis ſuberectis. *Aiton l. c.*

Ph. Oleae Epheſiacae folio. *Pluk. alm.* 295. *t.* 310. *f.* 5.

ε. Phillyrea (*buxifolia*) foliis ovali-oblongis obtuſiuſculis. *Aiton. l. c.*

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 17.

Mittlere Steinlinde. W.

Habitat in Europae *auſtralioris collibus.* ♄ (v.v.)

2. PHILLYREA *anguſtifolia.*

Ph. foliis lineari-lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb.* 398. *Kniph. orig. cent. X. n.* 69. *Mill. dict. n.* 6. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 11.

α. Phillyrea (*lanceolata*) foliis lanceolatis, ramis rectis. *Ait. l. c.*

Ph. anguſtifolia prima. *Bauh. pin.* 476.

Ph. quarta. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 52. *fig.*

β. Phillyrea (*roſmarinifolia*) foliis lanceolato-ſubulatis elongata, ramis rectis. *Ait. Kew. l. c.*

Ph. roſmarinifolia. *Mill. dict. n.* 7.

Ph. anguſtifolia ſecunda. *Bauh. pin.* 476.

Ph. quinta. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 52. *fig.*

γ. Phillyrea (*brachiata*) foliis oblongo-lanceolatis brevioribus, ramis divaricatis. *Ait. l. c.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 17.

Schmalblättrige Steinlinde. W.

Habitat in Italia, Hiſpania. ♄ (v.v.)

3. PHILLYREA *latifolia.*

Ph. foliis ovato-cordatis ſerratis. *Hort. cliff.* 4. *Hort. upſ.* 4. *Roy. lugdb.* 398. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 12.

α. Phillyrea (*laevis*) foliis ovatis planis obſolete ſerratis. *Ait. l. c.*

Ph. latifolia. *Mill. dict. n.* 1.

Ph. latifolia laevis. *Bauh. pin.* 476.

Ph. arbor. *Lob. ic. p.* 132. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 540. *fig.*

β. Phillyrea (*ſpinoſa*) foliis ovato-oblongis acutis, argute ſerratis planis. *Ait. l. c.*

Ph. ſpinoſa. *Mill. dict. n.* 3.

Ph. latifolia ſpinoſa. *Bauh. pin.* 476.

Ph. latifolia ſpinoſa triphyllos. *Pluk. alm.* 295. *t.* 310. *f.* 4.

Ph. prima. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 51. *fig.*

γ. Phillyrea (*obliqua*) foliis lanceolato-oblongis acutis ſerratis oblique flexis. *Ait. l. c.*

Digitized by Google

Ph. folio leviter ſerrato. *Bauh. pin.* 476.
Ph. ſecunda. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 52. *fig.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 17.
Breitblättrige Steinlinde. W.
Habitat in Europa *auſtrali.* ♄ (v. v.)

36. OLEA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 25.

Cor. 4-fida: laciniis ſubovatis. *Drupa.* monoſperma.

1. OLEA *europaea.*

O. foliis lanceolatis integerrimis, racemis axillaribus coarctatis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 12.

O. foliis lanceolatis. *Mat. med. p.* 37. *Gron. orient. n.* 6. *Forſk. fl. aegypt. arab. deſcr. cent.* 8. *p.* 202. *Scop. carn. II. n.* 5.

α. Olea (*communis*) foliis lanceolatis planis ſubtus incanis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 13.

O. foliis lanceolatis, ramis tetragonis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb.* 399. *Fabric. helmſt. p.* 387.

O. *ſylveſtris*, foliis lanceolatis obtuſis rigidis, ſubtus incanis. *Mill. dict. n.* 3.

O. ſylveſtris, folio duro ſubtus incano. *Bauh. pin.* 470. *Blackw. t.* 213.

β. Olea (*verrucoſa*) foliis lanceolatis planis ſubtus albidis, ramis verrucoſis. W.

Olea (*europaea*) foliis lanceolatis, panicula trichotoma. *Thunb. prodr.* 2.

γ. Olea (*longifolia*) foliis lineari-lanceolatis planis ſubtus argenteis. *Ait. l. c.*

δ. Olea *latifolia*) foliis oblongis planis, ſubtus incanis. *Ait. l. c.*

O. foliis lanceolatis, ramis teretiuſculis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb.* 398.

Olea ſativa. *Bauh. pin.* 472. *Blackw. t.* 199.

Olea. *Dod. pempt.* 821. *Duham. arb.* 2. *p.* 57.

ε. Olea (*ferruginea*) foliis lanceolatis, ſubtus ferrugineis. *Ait. l. c.*

ζ. Olea (*obliqua*) foliis oblongis oblique flexis, ſubtus pallidis. *Ait. l. c.*

η. Olea (*buxifolia*) foliis oblongo-ovalibus, ramis patentibus divaricatis. *Ait. l. c.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 1. *p.* 195.
Gemeiner Oelbaum. W.
Habitat in Europa *auſtrali*, *inque* Africa *boreali* β. *ad* Cap. b. ſpei. ♄ (*v. v. variet* β. *v. ſ.*)

Digitized by Google

2. OLEA *capenſis.*

O. foliis ovatis integerrimis, racemis paniculaeformibus divaricatis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 13.

O. foliis ovatis. *Hort. cliff.* 4. *Roy. lugdb.* 399. *Berg. cap. p.* 1. *Thunb. prod.* 2.

α. Olea (*coriacea*) foliis ovato-oblongis rigidis planis, petiolis rubris. *Ait. l. c.*

Liguſtrum capenſe ſempervirens, folio craſſo ſubrotundo. *Dillen. elth.* 193. *t.* 1. 170. *f.* 194.

Sideroxylum foliis ſubrotundis integris. *Burm. afr.* 234. *t.* 81. *f.* 2.

β. Olea (*undulata*) foliis ellipticis undatis, petiolis viridibus. *Ait. l. c.*

Sideroxylum foliis oblongis integris. *Burm. afr.* 235. *t.* 81. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 1. *p.* 200.

Capiſcher Oelbaum. W.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♄ (v. ſ.)

3. OLEA *americana.*

O. foliis lanceolato-ellipticis integerrimis, racemis anguſtatis, bracteis omnibus perſiſtentibus connatis parvis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 14.

O. foliis lanceolato-ellipticis. *Mant.* 24.

Liguſtrum lauri folio, fructu violaceo, baccis purpureis. *Catesb.* 1. *p.* 61. *t.* 61. *Seelignt. Voegel.* 3. *t.* 33.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 1. *p.* 201.

Americaniſcher Oelbaum. W.

Habitat in Carolina. *D. Guarden.* ♄

Folia *oppoſita, lanceolata, ſempervirentia, integerrima, petiolata, nitida.* Racemi *breves, axillares, brachiati, pedicellis oppoſitis.* Corollae *laciniae revolutae.* Stylus *breviſſimus et fere nullus.* Stigma *bifidum.* Drupa *globoſa, laevis, ſpecioſa.* Nux *obovata, ſubſtriata, baſi perforata.* Flores *Maſculi et Feminei in eadem planta cum hermaphroditis.*

*4. OLEA *cernua.*

O. foliis oblongis lanceolatis obtuſiſſimis, racemis axillaribus ſimplicibus, floribus cernuis. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 3.* *Lamarck. encyclop. tab.* 8. *fig.* 2?

Madagaſcariſcher Oelbaum. W.

Habitat in Madagaſcar. ♄

*5. OLEA *apetala.*

O. foliis ellipticis, floribus racemoſis apetalis. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 3. *

Digitized by Google

Naktblütiger Oelbaum. W.
Habitat in Nova Zeelandia. ♄

*6. OLEA *excelsa.*

O. foliis ellipticis acutis, bracteis perfoliatis: infimis cyathiformibus perſiſtentibus, ſuperioribus foliaceis magnis deciduis. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 3.
Olea (*excelſa*) foliis ellipticis integerrimis, racemis anguſtatis, bracteis perfoliatis: baſeos cyathiformibus perſiſtentibus: ſuperioribus deciduis magnis foliaceis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 14.
Hoher Oelbaum. W.
Habitat in Madera. ♄ (v. ſ. ſ. fl.)

*7. OLEA *fragrans.*

O. foliis lanceolatis ſerratis, pedunculis lateralibus aggregatis unifloris. *Thunb. jap.* 18. *tab.* 2.
Oſmanthus fragrans. *Loureiro fl. cochin. p.* 35.
Quaj-fa. *Oſb. it.* 250.
Mokſei *Kaempf. Am. faſc.* 5. *p.* 844.
Wohlriechender Oelbaum. W.
Habitat in Cochinchina, China, Japonia. ♄ (v. v.)

37. CHIONANTHUS.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 26.

Cor. 4-fida: laciniis longiſſimis. *Drupa* Nucleus ſtriatus.

1. CHIONANTHUS *virginica.*

Ch. panicula terminali trifida, pedunculis trifloris, foliis acutis. W.
Ch. pedunculis trifidis trifloris. *Hort. cliff.* 17. *Mill. dict.* 1. *Duham. arb.* 1. *Du Roi harbk.* 1. *p.* 150.
α. Chionanthus (*latifolia*) foliis ovato-ellipticis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 14.
Amelanchier virginiana, lauroceraſi folio. *Pet. ſicc.* 241. *Catesb. car.* 1. *p.* 68. *t.* 68.
β. Chionanthus (*anguſtifolia*) foliis lanceolatis. *Ait. Kew. l. c. Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 1. *p.* 203.
Virginiſche Schneeblume. W.
Habitat in America *ſeptentrionali.* ♄ (v. v.)
Drupa *purpuraſcens.*
Variat *corolla* 4. 5. 6-*fida et ſtaminibus quatuor. Du Roi. l. c.* R.

Digitized by Google

*2. CHIONANTHVS *cotinifolia*. W.

Ch. panicula terminali trichotoma, pedunculis trifloris, foliis obtusis. W.

Arbor zeylanica, cotini foliis subtus lanugine villosis. *Burm. zeyl.* 31.

Arbuscula zeylonica, cotini foliis subtus lanugine villosis, floribus albis cuculli modo laciniatis. *Pluk. alm.* 44. *t.* 241. *f.* 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 1. *p.* 204. *t.* 5. *f.* 1.

Stumpfblättrige Schneeblume. W.

Habitat in Zeylona. ♄.

*3. CHIONANTHVS *compacta*.

Ch. paniculis trichotomis, ultimis floribus subcapitatis, calycibus villosis, foliis lanceolato oblongis; antheris acuminatis. *Swartz prod.* 13. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 1.

Chionanthus (*caribaea*) foliis utrinque glabris, longe acuminatis, calycibus ciliatis. *Jacq. Collect.* 2. *p.* 110. *t.* 6. *f.* 1.

Dichtblühende Schneeblume. W.

Habitat in insulis Caribaeis. ♄

4. CHIONANTHVS *zeylanica*.

Ch. ramis paniculae axillaris oppositis, floribus subsessilibus. W.

Ch. pedunculis paniculatis multifloris. *Fl. zeyl.* 14. (*excl. synonymis.*)

Thouinia nutans. *Lin. suppl.* 89. *

Zeylonische Schneeblume. W.

Habitat in Zeylona. ♄ (v. s.)

Arbor *foliis oppositis, obverse ovatis, utrinque glabris, integerrimis, subpetiolatis.* Panicula *florum ex singula foliorum ala singula, pedunculo subdiviso, flosculis subsessilibus.* Stamina *duo sunt.* Lin. zeyl.

*5. CHIONANTHVS *incrassata*.

Ch. paniculis axillaribus trichotomis, floribus omnibus distinctis; antheris obtusis.

Chionanthus Mayepea. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 1.

Chionanthus (*incrassata*) paniculis ramis decussatis fastigiatisve, ultimis trifloris, corollis tetragonis, laciniis erectis incrassatis, foliis oblongis consistentibus. *Swartz prod. p.* 13.

Ceranthus Schreberi. *Gmel. Syst. veg.* 1. *p.* 26.

Mayepea gujanensis. *Aubl. gujan. p.* 81. *tab.* 31.

Westindische Schneeblume. W.

Digitized by Google

Habitat in Gujana, Jamaica. ♄

Folia *vidit oppoſita acuminata et* calyces *villoſos clariſſ.* Vahl. l. c.

38. SYRINGA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 28.

Cor. 4-fida. *Capſula* bilocularis.

1. SYRINGA *vulgaris.*

S. foliis ovato-cordatis. *Hort. cliff.* 6. *Hort. upſ.* 6. *Roy. lugdb.* 397. *Dalib. pariſ.* 2. *Hall. helu. n.* 531. *Du Roi. harbk.* 2. *p.* 443. *Mill. dict. n.* 1. *Knorr. del. hort.* 2. *t. S.* 11. *Roth. germ.* 1. *p.* 4. *II. p.* 4. *Hoffm. germ.* 3.

S. coerulea. *Bauh. pin.* 398. *Cluſ. hiſt.* 58

Lilac. *Du Hamel. arb.* 2. *t.* 138. R.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 19.

Spaniſcher Flieder. W.

Habitat verſus Perſiam. ♄ *In ſepibus* Germaniae *et ſylvis* Helvetiae *quaſi ſponte.* v. v.)

Variat floribus coeruleis et albis. Datur *etiam varietas flore ſaturate purpureo. Tourneſ. inſt. Duham. arb.* 3. *Mill. t.* 163.

*2. SYRINGA *chinenſis.*

S. foliis ovato-lanceolatis *Willd. arb. Berol. p.* 378 *

Chineſiſcher Flieder. W.

Habitat in China? ♄ (v. v.)

Folia *ovato-lanceolata nec cordata, ceterum* S. vulgari *ſimillima ſed minora.* Flores *ut in* S. perſica. *An planta hybrida?* W.

3. SYRINGA *perſica.*

S. foliis lanceolatis.

α. S. foliis lanceolatis integris. *Hort. cliff.* 6. *Hort. upſ.* 6. *Roy. lugd.* 397. *Mill. dict. t.* 164. *f.* 1. *Munting. t.* 57. *Du Roi harbk.* 2. *p.* 446. *Kniph. orig. cent.* 6. *n.* 89.

S. babylonica, indiviſis denſioribus foliis. *Pluk. alm.* 359. *t.* 227. *f.* 8.

Lilac liguſtri folio. *Tourneſ. inſt. et du Hamel. arb.* 6. R.

Agem Lilac perſarum. *Corn. canad.* 190.

β. Syringa *laciniata.*

Syringa foliis lanceolatis integris diſſectisque. *Hort. cliff.* 6. *Hort. upſ.* 6. *Roy. lugd.* 397. *Mill. dict. n.* 3. *Munting.* t. 56. *Du Roi. harbk* 2. *p.* 447. *Gmel. it. tom.* 3. *p.* 304.

Digitized by Google

Liguſtrum foliis laciniatis. *Bauh. pin.* 476. *Mill. dict. t.* 164. *f.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 21.
Perſiſcher Flieder. W.
Habitat in Perſia. ♄ (v. v.)

*4. SYRINGA *ſuſpenſa.*
S. foliis ovatis ſerratis ternatisque. *Thunb. jap.* 19. *t.* 3. *
Rengjo. *Kaempf. Amoen. faſc.* 5. *p.* 907.
Japaniſcher Flieder. W.
Habitat in Japonia. ♄
Differt haec a reliquis Syringis, quod calyx profundius diviſus et corolla campanulata nec infundibuliformis. Thunb. l. c.
A reliquis ſpeciebus toto coelo diſtinctum, et non immerito diverſum genus. W.

39. DIALIVM.
Gen. plant. ed. Schreb. n. 29.

Cor. 5- petala. *Cal.* nullus. *Stamina* ad latus ſuperius.

1. DIALIVM *indum.*
D. panicula ſimplici nutante. W.
D. javanicum. *Burm. ind.* 12. *Lin. Mant.* 24. (*excluſo ſynonymo Rumphii.*)
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 1. *p.* 206.
Indiſches Dialium. W.
Habitat in India. ♄.
Arboris folia *alterna, pinnata, foliolis ſeptem, ovato-oblongis, acuminatis, petiolatis, laevibus, palmaribus.* Flores *paniculati, nutantes.*
Fructus hujus ſpeciei eſt ignotus. Cortex papetarius Rumph. amb. 3. *p.* 212. t. 137. *neque flore neque fructu foliisque cum planta Linneana convenit, eſt potius ex ſententia* Lamarckii *Weinmanniae ſpecies.* W.

*2. DIALIVM *guineenſe.* W.
D. panicula ſupradecompoſita erecta. *Willd. apud Roemer Archiv.* 1. *p.* 31. *t.* 6.
Guineeſiſches Dialium. W.
Habitat in Guinea. ♄ (v. ſ.)
Caulis *fruticoſus vel arboreus.* Rami *teretes, cortice griſeo rimoſo verrucoſo tecti.* Folia *alterna impari pinnata: foliolis quinis oblongis integerrimis acumine obtuſo terminatis, venoſis; ſuperne glabris nitidis; Linnaei Spec. Plant. P. I.*

Digitized by Google

inferne papillis, lentis ope tantum conſpicuis, tectis, petiolatis. Petioli *pubeſcentes transverſim rugoſi.* Panicula *terminalis ſupradecompoſita multiflora.* Pedunculi *corymboſi.* Flores *pubeſcentes, videntur flavi.* Calyx *nullus.* Corolla 5-*petala coriacea, petalis aequalibus, externe pubeſcentibus, petalo ſupremo latiore, oblongo emarginato, reliquis oblongis acutis.* Filamenta 2 *craſſa ſubulata incurva ſub petalo ſupremo.* Antherae 2 *in quolibet filamento connatae oblongae.* Germen *ſuperum filamentis oppoſitum.* Stylus *ſubulatus incurvus.* Stigma *ſubulatum.* Capſula *magnitudine Ceraſi* 1-*locularis evalvis* 1-*ſperma, denſo tomento atro tecta, cortice fragili.* Semen 1 *magnitudine Piſi ſubrotundum compreſſum fuſcum nitidum.* W.

* 40. PIMELEA.

Smith. Nov. Holl. p. 31.

Cal. nullus. *Cor.* 4-fida. *Stam.* fauci inſerta. *Nux* corticata unilocularis.

*1. PIMELEA *linifolia.*

P. foliis lineari-lanceolatis, capitulis terminalibus involucratis, corolla extus villoſa. *Smith. Nov. Holl.* 1. *p.* 31. *tab.* 11. *

Flachsblättriger Glanzſtrauch. W.

Habitat in Nova Hollandia. ♄ (v. ſ.)

2. PIMELEA *Gnidia.*

P. foliis oblongo-lanceolatis acutis glaberrimis, corolla extus villoſa. W.

Bankſia (*Gnidia*) foliis lanceolatis ſubpetiolatis rigidis. *Forſt. Char. gen. p.* 8. *Act. upſ.* 3. *p.* 173. *

Paſſerina (*Gnidia*) diandra, glaberrima, foliis lanceolatis acutis. *Lin. ſuppl.* 226. *Forſt. prod. n.* 170.

Glatter Glanzſtrauch. W

Habitat in Nova Zeelandia *ad fiſſuras rupium in littore maris et in ſummis montium cacuminibus.* ♄ (v. ſ.)

Folia *hujus rigidiora et Gnidiae ſimillima.*

3. PIMELEA *piloſa.*

P. piloſa, foliis linearibus obtuſis. W.

Bankſia (tomentoſa) foliis oblongis ſubpetiolatis flaccidis piloſis. *Forſt. char. gen. p.* 8.

Bankſia piloſa. *Forſt. Act. upſ.* 3. *p.* 174. *

Paſſerina (*piloſa*) diandra piloſa, foliis linearibus obtuſis. *Lin. ſuppl.* 226. *Forſt. prod. n.* 171.

Digitized by Google

Haariger Glanzſtrauch. W.
Habitat in Nova Zeelandia. ♄

4. PIMELEA *proſtrata.*
P. piloſa, foliis ovatis ſeſſilibus carnoſis. W.
Bankſia (*proſtrata*) foliis ovato-oblongis ſeſſilibus carnoſis. *Forſt. char. gen. p.* 8. *Act. upſ.* 3. *p.* 175. *
Paſſerina (*proſtrata*) diandra, piloſa, foliis ovatis. *Lin. ſuppl.* 227. *Forſt. prod. n.* 172.
Geſtreckter Glanzſtrauch. W
Habitat in Novae Zeelandiae *montibus aridis.* ♄

41. ERANTHEMVM.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 30.

Cor. 5-fida: tubo filiformi. *Antherae* extra tubum. *Stigma* ſimplex. *Fructus.*

1. ERANTHEMVM *capenſe.*
E. foliis lanceolato-ovatis petiolatis. *Flor. zeyl.* 15. * *Amoen. acad.* 385. *
Ephemerum, lychnidis flore, africanum. *Herm. parad* 153. *Amm. herb.* 232.
Centaurium minus, foliis oblongis acutis, flore patulo puniceo majori. *Rai ſuppl.* 527.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 52.
Capiſche Menderle. W.
Habitat in Aethiopia.
Habitus *Chironiae. Vnicum ſpecimen minus perfectum vidi, ideoque accuratius examinanda.*

2. ERANTHEMVM *anguſtifolium.*
E. foliis linearibus remotis patulis. *Syſt. Veg. p.* 55.
Selago dubia. *Spec. plant.* 2. *p.* 877.
Thymelaea foliis anguſtiſſimis linearibus, floſculis ſpicatis. *Burm. afr.* 130. *t.* 47. *f.* 3.
Thymelaea aethiopica ſpicata glabra, foliis longioribus anguſtis. *Plukn. mant.* 180. *t.* 445. *f.* 6.
Valerianoides parva, foliis in caule raris, ſpica in ſummo caule oblonga ex foliolis et floſculis confertis compoſita. *Rai. ſuppl.* 245.
Valeriana africana fruticans, foliis ericae, *Comm. hort.* 2. *p.* 221. *t.* 111?
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 54.
Schmalblättrige Menderle. W.
Habitat in Aethiopia. ♄ (v. ſ.)

Digitized by Google

Caulis *erectus*, *ramosus*. Folia *conferta*, *linearia*. Racemi *simplices*, *terminales*, *longissimi*, *erecti*. Corollae *tubus filiformis*, *longissimus*, *limbo* 5-*partito*, *parvo*, *obtuso*. Germen *ovatum*. Stigma *simplex*. Stamina *modo* 2 *intra tubum corollae?* antheris *incumbentibus*, *linearibus*.

3. ERANTHEMVM *parvifolium*. †

E. foliis ovato-linearibus imbricatis. *Mant. p.* 171. *Berg. cap.* 2.

Frutex africanus, ericae folio, glutinosus, flore spicato albo. *Comm. amst.* 2. *p.* 119. *t.* 60.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 55.

Kleinblättrige Menderle. W.

Habitat ad Cap. b. spei. ♄

Folia *brevia*. Bracteae *ovatae*. *Berg.*

4. ERANTHEMVM *salsoloides*.

E. fruticosum, foliis carnosis teretiusculis linearibus glaberrimis, racemis axillaribus calycibusque pubescentibus, tubo recurvo. *Lin. suppl.* 82.

Salzkrautartige Menderle. W.

Habitat in Tenariffa *circa oppidum* St. Crux. ♄

Frutex *foliis similimus Salsolae*, *at in apicibus ramorum racemi axillares*, *pubescentes*: *ad singulum pedicelli exortum bracteae* 3 *subulatae*; *pedicelli reflexi*. Calyx 5-*partitus*: *laciniis subulatis*, *pubescentibus*. Corollae *tubus calyce longior*, *in medio recurvus*. Limbus 5-*partitus*: *laciniis ovatis acuminatis*.

* 42. FONTANESIA.

Billardirere Icon. p. 9.

Cor. dipetala. *Cal.* 4-partitus inferus. *Capf.* membranacea non dehiscens 2-locularis; loculis monospermis.

*1. FONTANESIA *phillyraeoides*.

F. phillyraeoides. *Billard. Icon. pl. Syr. Dec.* 1. *p.* 9. *t.* 1.

Lanzettenblättrige Fontanesie. W.

Habitat in Syria *inter* Laodiceam *ad mare et montem* Casium. ♄

Frutex *ramis oppositis*. Folia *opposita lanceolata integerrima*. Flores *in corymbis pedunculatis axillaribus*, *flavidi*. W.

Digitized by Google

43. CIRCAEA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 31.

Cor. dipetala. *Cal.* 2-phyllus, superus. *Capſ.* bilocularis non dehiſcens; loculis monoſpermis.

1. CIRCAEA *lutetiana.*

C. caule erecto, foliis ovatis ſubſerratis hirſutis. *Roth. germ.* 1. *p.* 12. *II. p.* 34.

C. caule erecto, racemis pluribus, foliis ovatis. *Oed. dan.* 256. *Flor. ſuec.* 6. *Hort. cliff.* 7. *Roy. lugdb.* 303. *Dalib. pariſ.* 3. *It. ſcan.* 213. *Pollich. hiſt. n.* 5. *Reyg. gedan. II. p.* 30. *Leers. herborn. n.* 24. *Necker gallob. p.* 5. *Mattuſch. ſil.* 1. *n.* 4. *Jacq. vind. p.* 6. *Kniph. orig. cent.* 10. *t.* 22. *Doerr. naſſ. p.* 82. *Hoffm. germ.* 3.

C. foliis ſubcordatis, ſubſerratis. *Hall. helu. n.* 813.

C. foliis oppoſitis, ellipticis, ſubvilloſis, integris. *Scop. fl. carn. ed.* 1. *p.* 28. *n.* 1. *ed.* 2. *n.* 6.

Solanifolia Circaea dicta major. *Bauh. pin.* 168. *It. wgoth.* 213.

Herba D. Stephani *Tabern. p.* 730.

Circaea lutetiana. *Lobel. ic.* 266.

β. Circaea canadenſis latifolia, flore albo. *Tourn. inſt.* 301. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 5. *p.* 55.

Gemeines Hexenkraut. W.

Habitat in Europae et Americae *borealis nemoribus.* 4. Caulis *erectus.* Folia *ovata, ſubſerrata, opaca.*

2. CIRCAEA *alpina.*

C. caule ramoſiſſimo depreſſo, foliis cordatis dentatis nitidis glabris. *Roth. germ. I. p.* 13. *II. p.* 34.

C. caule proſtrato, racemo unico, foliis cordatis. *Flor. ſuec.* 7. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 225. *Reyg. gedan. II. p.* 31. *Mattuſch. ſil.* 1. *n.* 5. *Oed. flor. dan. t.* 210. *Grimm. iſen. in Nov. Act. A. N. C. III. append. p.* 256. *Hoffm. germ.* 3.

C. calyce colorato. *Fl. lapp.* 3.

C. foliis cordatis, acute dentatis. *Hall. helu. n.* 814.

C. foliis alternis cordatis dentatis glabris. *Scop. carn. ed.* 1. *p.* 258. *n.* 2. *ed.* 2. *n.* 7.

C. alpina, minor. *Herm. lugdb.* 150. *Seguier. veron.* 1. *p.* 326.

C. lutetiana vera minor danica. *Lob.* 89.

C. ſolanifolia minor, cauliculis rubris ſucculentis fragilibus. *Mentz pugill.*

Solanifolia Circaea alpina. *Bauh. pin.* 163.

Digitized by Google

C. minima. *Colum. ecphr.* 2. *p.* 79. *t.* 80.

β. Circaea (*intermedia*) foliis ovato-cordatis acuminatis subrepandis dentatis glabris. *Hoffm. germ.* 3. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 5. *p.* 57.

Alpen Hexenkraut. W.

Habitat ad montium radices in frigidis Europae. 2|.

Caulis *prostratus*. Folia *cordata*, *dentata*, *nitida*. Circaea intermedia *est sola C. alpinae varietas*, *characteres enim nullos certos invenio*. W.

44. VERONICA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 32.

Cor. limbo 4-partito: lacinia infima angustiore *Caps.* bilocularis.

* *Spicatae.*

1. VERONICA *sibirica*.

V. spicis terminalibus, foliis septenis verticillatis, caule subhirto. *Gmel. sib.* 3. *p.* 217.

V. spicata altissima, foliis verticillatim dispositis. *Amm. ruth.* 20. *t.* 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 58.

Sibirischer Ehrenpreis. W.

Habitat in Dauria. 2| (v. v.)

Caulis *quadripedalis*, *hirtus*. Folia 6 *s.* 7 *verticillata*, *V. virginicae duplo latiora*. Pedunculi *terminales solitarii*; *laterales foliolis duobus oppositis ovalibus*. Calyces *quinquefidi*. Corollae *coeruleae*, *tubo oblongo*; *limbo acuto parvo*. Stamina et pistillum *corolla duplo longiora*.

Folia 5 *ad* 9 *usque*, *verticillatim caulem ambientia*, *sed omnium frequentissime sena observantur*. Fructus *Salicariae aemulus*. *Gmel. l. c.* R.

2. VERONICA *virginica*.

V. spicis terminalibus, foliis quaternis quinisque. *Hort. cliff.* 7. * *Gron. virg.* 4. *Roy. lugdb.* 301. *Cold. noveb.* 3. *Kniph. orig. cent.* 10. *n.* 97. *Mill. dict. n.* 7. *Thunb. jap.* 20.

V. virginiana procerior, foliis ternis, quaternis, et etiam quinis caulem amplexantibus, spicis florum candidissimis. *Pluk alm.* 383. *t.* 70. *f.* 2.

Veronica strictum Heist. *Fabric. helmst. p.* 205. * R.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 59.

Virginischer Ehrenpreis. W.

Digitized by Google

Habitat in Virginia et Japonia. 4 (v. v.)
Variat flore albo et incarnato. W.

3. VERONICA *spuria.*

V. spicis terminalibus, foliis lanceolatis. aequaliter serratis. *Roth. germ. I p. 2. II. p. 5.*
V. spicis terminalibus, foliis ternis aequaliter serratis. *Hort. upsf.* * *Gmel. it. 1. p. 169. t. 39. Pollich. pal. n. 6. Crantz. austr p. 335. Mill. dict. n. 2. Hoffm. germ. 4.*
V. spicata anguſtifolia. *Bauh. pin.* 246. ?
V. mas ſurrecta elatior. *Barr. ic.* 891.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. p. 60.
Mittlerer Ehrenpreis. W.
Habitat in Europa *auſtraliore,* Sibiria, Thuringia. 4(v.ſ.)

4. VERONICA *maritima.*

V. ſpicis terminalibus, foliis ſubcordato-lanceolatis, inaequaliter ſerratis. *Roth. germ. I. p. 5. II. p. 6.*
V. ſpicis terminalibus, foliis ternis inaequaliter ſerratis. *Fl. ſuec. 2. n. 8. Oed. dan. 374. Gmel. ſib. 3. p. 218.? Mattuſchka fl. ſil. n. 6. Knorr. del. hort. 2. tab. V. 2. Amm. ruth. n. 34. et 35.? Kniph. orig. cent. 4. n. 94. Mill. dict. n. 8. Hoffm. germ. 4.*
V. glabra. *Ehrh. herb.* 11. W.
V. floribus ſpicatis, foliis ternis. *Flor. ſuec. 1. p. 6.*
V. foliis ſaepius ternis. *Virid. cliff. 2. Hort. cliff. 7. Roy. lugdb.* 301.
V. caule erecto, ſpicis pluribus, foliis lanceolatis, ſerratis. *Fl. lapp. 4.*
Lyſimachia ſpicata coerulea. *Bauh. pin.* 246.
Pſeudo-Lyſimachium coeruleum. *Dod. pempt.* 86.
β. foliis latioribus. W.
Veronica nitida. *Ehrh. herb.* 21. W.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. p. 60.
Meer Ehrenpreis.
Habitat in maritimis Europae *macris apricis.* 4 (v.v.)
Variat ut antecedens et ſequens ſpecies, foliis oppoſitis ternis quaternisve, variat et flore coeruleo, coerulescente, incarnato alboque. W.
Calycem *inaequalem tetraphyllum,* foliolis *duobus linearibus longioribus,* duobus *brevioribus latioribus bifidis vidit* Roth, *ſed foliola calycina in noſtris ſemper indiviſa obſervavi, an planta* Rothii *diverſa?* W.

Digitized by Google

5. VERONICA *longifolia.*

V. ſpicis terminalibus, foliis lanceolatis acuminatis ſerratis, in petiolum deſinentibus. *Roth. germ. I. p.* 5. *II. p.* 7.

V. ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis acuminatis. *Hort. upſ.* 7.* *Flor. ſuec.* 2. *n.* 9.* *Georgi it.* 1. *p.* 95. *Crantz. auſtr. p.* 334. *Sabbat. hort. rom.* 2. *t.* 48. *Mattuſch. ſil.* 1. *n.* 7? *Mill. dict. n.* 3. *Hoffm. germ.* 4.

V. elatior. *Ehrh. herb.* 31.

V. ſpicata latifolia. *Bauh. pin.* 264.

V. 1. erectior latifolia. *Cluſ. hiſt. p.* 546.

β. V. ſpicata longifolia altera. *Amm. ruth.* 26.?

γ. V. ſpicata, urticae folio. *Amm. ruth.* 26.?

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 61.

Langblättriger Ehrenpreis. W.

Habitat in Tartaria, Auſtria, Suecia. 4 (v. v.)

6. VERONICA *incana.*

V. ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule erecto tomentoſo. *Hort. upſ.* 7.* *Gmel. ſib.* 3. *p.* 220. *n.* 35. *Kniph. origin. cent.* 7. *n.* 98. *Mill. dict. n.* 12.

V. bellidis folio major. *Amm. ruth. p.* 23.

V. caule fruticoſo, foliis oblongis: inferioribus crenatis petiolatis; ſuperioribus ſeſſilibus integerrimis. *Roy. lugdb.* 530.

V. ſpicata lanuginoſa et incana, floribus coeruleis. *Amm. ruth.* 30.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 61.

Grauer Ehrenpreis. W.

Habitat in Ucrania, Samara. 4 (v. v.)

Variat *flore albo. Gmel. l. c.*

7. VERONICA *ſpicata.*

V. ſpica terminali, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo. *Flor. ſuec.* 2. *n.* 10. *Oed. dan.* 52. *Pollich. pal. n.* 7. *Mattuſch. ſil.* 1. *n.* 3. *Kniph. orig. cent.* 4. *n.* 96. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 221. *Mill. dict.* 4 *Roth. germ. I. p.* 5. *II. p.* 7. *Hoffm. germ.* 4.

V. floribus ſpicatis, foliis oppoſitis, caule erecto. *Fl. ſuec.* 1. *n.* 7. *Dalib. pariſ.* 3.

V. foliis oppoſitis, caule ſpica terminato. *Hort. cliff.* 8. *Roy. lugdb.* 302.

V. foliis ellipticis, ſerratis, conjugatis, floribus ſpicatis. *Hall. helv. n.* 542.

Digitized by Google

V. ſpicata minor. *Bauh. pin.* 247. *Vaill. par. t.* 33. *f.* 4.
V. ſpicata foliis Veronicae officinarum. *Dillen. in Eph. N. C. cent.* 5. *et* 6. *obſ.* 38. *t.* 11. *Hall.* R.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 62.
Aehrenblütiger Ehrenpreis. W.
Habitat in Europae *campis.* 4 (v. v.)
Variat ſpicis pluribus, et haec eſt Veronica *major anguſtifolia. Cluſ. pann. p.* 617. 619. *Joh. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 284. R.
Corolla *coeruleo, albo et carneo colore ludit.* R.

8. VERONICA *hybrida.*

V. ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis obtuſe ſerratis ſcabris, caule erecto. *Flor. ſuec.* 2. *n.* 11. * *Mill. dict. n.* 6.
V. ſpicata cambrobritannica, bugulae ſubhirſuto folio. *Raj. angl.* 3. *p.* 278. *t.* 11. *f.* 1.
V. mas recta latifolia ſpica caerulea. *Barr. ic.* 682. W.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 63.
Baſtard Ehrenpreis. W.
Habitat in Europa *rarius.* 4. (v. ſ.)
Caules *adſcendentes ſimplices, vix pedales.* Spica *terminalis, oblonga.* Folia *ovalia, obtuſiuscula, pubescentia, utrinque viridia, ſerraturis groſſis obtuſis.* Petioli *marginati ſ. margine dilatato.*
Omnes ſcriptores plantarum Germaniae varietatem V. ſpicatae pro V. hybrida habent. W.
Folia *V. hybridae ſunt ovata acuminata obtuſiuscula, ad baſin in petiolum attenuata pubeſcentia ſed viridia.* W.

9. VERONICA *pinnata.*

V. ſpica terminali, foliis linearibus pinnatifidis ſubfaſciculatis: laciniis filiformibus divaricatis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 19.
V. ſpica terminali, foliis linearibus dentato-pinnatis. *Mant. p.* 24. *Laxmann in Act. Petrop.* 1770. *p.* 553. *t.* 29. *f.* 1. *
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 63.
Gefiederter Ehrenpreis. W.
Habitat in Sibiria. *Laxmann.* 4 (v. v.)
Caules *palmares, diffuſi, erecti.* Folia *oppoſita, confertiuscula, linearia, dentibus utrinque ſaepius tribus, linearibus, elongatis; glabra.* Racemus *terminalis, longitudine caulis.* Calyces *aequales.* Flores *coerulei.* Stylus *capillaris, perſiſtens.* Capſulae *ovales.* H. V.

Digitized by Google

Variat foliis filiformibus aggregatis. W.

*10. VERONICA *laciniata.*

V. racemo subspicato terminali, foliis pinnatifidis laciniatis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 19.

Veronica spuria. *Junghans icon. rar. Cent.* 1. *fig.* 2. (*exclusis synonymis.*)

Eingeschnittener Ehrenpreis. W.

Habitat in Sibiria. 4 (v. v.)

*11. VERONICA *incisa.*

V. spicis terminalibus, foliis lanceolatis inciso-pinnatifidis glabris. *Ait. Kew.* 1. *p.* 19.

Schlizblättriger Ehrenpreis. W.

Habitat in Sibiria 4 (v. s.)

Differt a praecedenti spicis nunquam solitariis semper aggregatis, floribus majoribus, foliis uncialibus lanceolatis basi cuneiformibus, laciniis lanceolatis.

*12. VERONICA *Catarractae.*

V. racemis terminalibus flexuosis, caule suffruticoso, foliis lanceolatis serratis. *Forst. prod. n.* 9.

Südlicher Ehrenpreis. W.

Habitat in Nova Zeelandia. ♄

*13. VERONICA *elliptica.*

V. racemis lateralibus, caule fruticoso, foliis ellipticis integerrimis. *Forst. prod. n.* 10.

Elliptischer Ehrenpreis. W.

Habitat in Nova Zeelandia. ♄

*14. VERONICA *macrocarpa.*

V. racemis subterminalibus erectis, foliis lanceolatis integerrimis glabris planis; caule fruticoso. *Vahl. symbol.* 3. *p.* 4 *

Grossfrüchtiger Ehrenpreis. W.

Habitat in Nova Zeelandia. ♄

Folia basi latiora quam in insequente. Vahl. l. c.

*15. VERONICA *salicifolia.*

V. racemis lateralibus nutantibus, foliis lanceolatis integerrimis, caule fruticoso. *Vahl. symbol.* 3. *p.* 4.* *Forst. prod. n.* 11.

Weidenblättriger Ehrenpreis. W.

Habitat in Nova Zeelandia. ♄ (v. s.)

*16. VERONICA *parviflora.*

V. racemis subterminalibus, foliis lineari-lanceolatis integerrimis glabris mucronatis, caule fruticoso. *Vahl. symbol.* 3. *p.* 4. *

Digitized by Google

Kleinblütiger Ehrenpreis. W.
Habitat in Nova Zeelandia. ♄

17. VERONICA *officinalis.*

V. ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis obovato-ſubrotundis piloſis annuis, caule procumbente hirto. W.

V. ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Flor. ſuec.* 2. *n.* 12. *Mat. med.* 37. *Oed. dan. t.* 248. *Pollich. pal. n.* 8. *Gunn. noru. n.* 46. *Hoffm. germ.* 4. *Roth. germ. p.* 5. *II. p.* 9.

V. floribus ſpicatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Flor. ſuec.* 1. *n.* 8. *Dalib. pariſ.* 3.

V. caule repente, ſcapis ſpicatis, foliis oppoſitis ovatis ſtrigoſis. *Flor. lapp.* 5. *Hort. cliff.* 8. *Roy. lugdb.* 302.

V. caule procumbente, foliis ſcabris, petiolatis, ovatis ex alis racemoſa. *Hall. helu.* 540.

V. racemis lateralibus, ſubſpicatis, ſolitariis, foliis oppoſitis villoſis ſiccis; caule procumbente. *Scop. carn. ed.* 1. *p.* 306. *n.* 9. *ed.* 2. *n.* 21.

V. mas ſupina et vulgatiſſima, *Bauh. pin.* 246. *Cam. epit.* 461.

V. mas *Fuchſ.* 166. *Blackw. t.* 143.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 64.
Aechter Ehrenpreis. W.
Habitat in Europae *ſylveſtribus ſterilibus.* 2 (v. v.)
Varietas *flore pleno, raro occurrens, legitur in monte Feldberg, haud procul a Francofurto ad Moenum ſito.* R.

*18. VERONICA *Allionii.*

V. ſpicis lateralibus, pedunculatis, foliis oppoſitis ſubrotundis nitidis rigidis, caule glabro repente. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond.* 1. *p.* 190.

Veronica (*Allionii*) caule repente fruticuloſo, ſpicis erectis, foliis glabris. *Villars. delph.* 2. *p.* 8.

Veronica pyrenaica. *Allion. pedem* 1. *n.* 265. *t.* 46. *f.* 3.

V. repens ex alis ſpicata, foliis ſubrotundis firmis glabris denticulatis. *Allion. ſpec.* 1. *p.* 21. *t.* 4. *f.* 3.

V. ſpicis lateralibus terminalibusque pedunculatis, foliis oppoſitis ſubrotundis glabris, caule procumbente ſtoloniſero. *Ger. prov.* 332. *n.* 2.

V. mas repens pyrenaica, folio longiori glabro. *Pluk. phyt.* 233. *f.* 1.
Glänzender Ehrenpreis. W.
Habitat in alpibus Galliae *auſtralioris* Italiae, Helvetiae. ♄ (v. ſ.)

Digitized by Google

*19. VERONICA *decuſſata.*

V. racemis axillaribus paucifloris, foliis ellipticis perennantibus integerrimis, caule fruticoſo. *Willd. arb. berol. p.* 400. *

Veronica (*decuſſata*) ſpicis terminalibus paniculatis, foliis oblongis integerrimis laevigatis coriaceis, caule fruticoſo. *Aiton. Kew. 1. p.* 20. *

Veronica (*decuſſata*) foliis ovalibus decuſſatis integerrimis, floribus racemoſis axillaribus. *Moench. Weiſſenſt. p.* 137.

Hebe magellanica. *Gmel. Syſt. veg. p.* 27. *Juſſieu. gen. ed. Uſteri. p.* 118.

Buchsblättriger Ehrenpreis. W.

Habitat in inſulis Falklandiae *inque freto* Magellanico. ♄ (v. v.)

** *Corymboſo - racemoſae.*

20. VERONICA *aphylla.*

V. corymbo terminali, ſcapo nudo. *Scop. carn. II. n.* 8. *Iacq. vind. 2. Crantz. auſtr. p.* 336.

V. caule nudo, foliis ovatis ſerratis, racemo paucifloro. *Hall. helu. n.* 541.

V. foliis ovatis radicalibus, caule nudo. *Roy. lugdb.* 302.

V. alpina pumila, caule aphyllo. *Bocc. muſ. 2. p.* 17. *t. 1. et* 9.

V. parva ſaxatilis, cauliculis nudis. *Plukn. alm.* 384. *t.* 114. *f. 3. Segui. Ver.* 241. *t. 3. f. 2. Rai. ſyll. p.* 261.

Chamaedrys alpina minima hirſuta. *Bauh. p.* 243.

Teucrium minimum. *Cluſ. hiſt.* 350. R.

β. Veronica (*Kamtchatica*) hirta, racemo trifloro elongato laterali aphyllo, foliis ovatis, ſ. oblongis ſerratis hirtis: pilis articulatis. *Lin. ſuppl.* 83. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond. 1. p.* 190.

Houttuyn Pfl. Syſt. 5. p. 65.

Blattloſer Ehrenpreis. W.

Habitat in Alpibus Europae *auſtralioris inque* Aſia *boreali.* ♄ (v. ſ.)

Singularis pilis articulatis ut Confervae. In varietate β. folia *majora ſerrata*, caules *elongati*, *procumbentes.*

21. VERONICA *bellidioides.*

V. corymbo terminali, caule adſcendente diphyllo, foliis obtuſis crenatis, calycibus hirſutis. *Mant.* 316. *Mattuſchk. ſil. 1. n.* 11.

Digitized by Google

V. caule ſimplici, foliis ſcabris ſerratis ovatis, ſpica pauciflora. *Hall. helu. n.* 543. *t.* 15. *f.* 1.

V. alpina Bellidis folio hirſuto. *Bauh. pin.* 247. *prod.* 116. *Burſ. XVI.* 27.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 65.

Taufendſchönartiger Ehrenpreis. W.

Habitat in Pyrenaeis, *alpibus* Helvetiae *inprimis Aquilejenſibus.* ♄ (v. ſ.)

Folia *obtuſa, crenata: caulina ſaepius* 3*partium.* Calycis *foliola hirſutiſſima, apice glanduloſo-viſcida.*

*22. VERONICA *gentianoides.*

V. corymbo terminali, caule adſcendente, foliis lanceolatis margine cartilagineis: inferioribus connatis vaginantibus. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 1. *

Veronica (*gentianoides*) corymbo terminali hirſuto, foliis radicalibus lanceolatis acutis ſubcrenatis nudis. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond.* 1. *p.* 194. *

V. orientalis, erecta, gentianellae folio. *Tourneſ. Cor.* 7.

V. erecta Blattariae facie. *Buxb. Cent.* 1. *p.* 23. *t.* 35.

Entzianartiger Ehrenpreis. W.

Habitat in Cappadocia, Armenia. 4

*23. VERONICA *Ponae.*

V. racemo terminali, caule ſimpliciſſimo, foliis cordato-ovatis dentatis ſeſſilibus. W.

Veronica (*Ponae*) ſpica terminali, foliis cordato-ovatis ſeſſilibus ſummis alternis. *Gouan. illuſt. p.* 1. *t.* 1. *f.* 1.

V. petraea ſempervirens. *Pon. bald.* 336.? *Tourneſ. inſt.* 144. *Segu. veron.* 1. 235? *Pluk. phytog. t.* 233. *f.* 3.?

V. non ramoſa pyrenaica. *Pluk. phytog. t.* 233. *f.* 2?

β. Veronica pumila. *Allion. pedem.* 1. *n.* 270. *t.* 22. *f.* 5. ?

V. caule ſimplici floribus congeſtis terminato, foliis ovatis acutis dentatis. *Allion. ſpec.* 19. *t.* 3. *f.* 3. ?

Habitat in montoſis Pyrenaeorum *inque monte* Baldo. *β. in ſummis alpibus* Pedemontanis. 4

V. *pumila* Allionii *ab hac nil niſi magnitudine differre videtur.* W.

24. VERONICA *fruticuloſa.*

V. corymbo terminali, foliis lanceolatis obtuſiusculis ſubdenticulatis, calycinis foliolis acutis, caulibus fruticuloſis. W.

V. corymbo terminali, foliis lanceolatis obtuſiusculis crenatis, caulibus fruticuloſis. *Sp. pl.* 2. *p.* 15.

Digitized by Google

V. caulibus fruticoſis, declinatis, foliis glabris ellipticis dentatis, floribus in ſummitate confertis, petiolatis. *Hall. helu. n.* 545. *t.* 16. *Comm. nor.* 1734. *p.* 243.

Veronica (*fruticoſa*) caulibus fruticoſis, baſi procumbentibus; racemo terminali multifloro; foliis oppoſitis elliptico-lanceolatis ſubdenticulatis; calycibus acutis. *Wulffen apud Jacq. Collect.* 4. *p.* 229. *tab.* 5.

Veronica fruteſcens. *Scop. carn. n.* 20.

V. alpina fruteſcens. *Bauh. pin.* 247. *Scheuchz. it.* 1. *p.* 51. *Houttuyn Lin. Pſl. Syſt.* 3. *p.* 67.

Standen Ehrenpréis. W.

Habitat in alpibus Auſtriae, Helvetiae, Pyrenaeis. ♄ (v. ſ.)

Facies *Ver. ſerpillifoliae.* Caules *inferne procumbentes, perennantes; ſuperne erecti, annotini.* Folia *obtuſiuſcula, ſubcrenata.* Fructus *magni.* Pedunculi *foliis floralibus longiores.* Calyces 4-*fidi, parum pubeſcentes.* Corollae *albae ſtriis ſanguineis; nec ut in V. alpina violaceae.*

Corolla *roſea.* W.

25. VERONICA *ſaxatilis.*

V. corymbo terminali, foliis ellipticis obtuſis integerrimis ciliatis, calycinis foliolis obtuſis, caulibus fruticoſis. W.

Veronica (*ſaxatilis*) corymbo terminali, foliis oppoſitis glabriuſculis, pedunculis folia floralia ſuperantibus. *Lin. ſuppl.* 83.

Veronica (*ſaxatilis*) racemo terminali ſubcorymboſo, foliis oppoſitis ſubovatis glabris crenulatis, caulibus fruticuloſis perennantibus; annuis ex decubitu erectis, una cum calycibus capſulisque integris, tomentoſulis. *Wulffen. apud Jacq. collect.* 3. *p.* 25.

Veronica fruticuloſa. *Oed. dan. t.* 342. *Gunner norv. n.* 829. *Jacq. enum* 2. *obſ.* 1. *p.* 200.

Veronica ſaxatilis *Scop. carn. n.* 9. *J. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 284.

Veronica *Hall. hiſt. n.* 554.

V. tertia fruticans. *Cluſ. hiſt.* 347.

V. minor alpina ſerpilli folio. *Pon. bald.* 337.

V. alpina fruticans ſerpilli majoris folio longiore. *Pluk. alm.* 384. *t.* 232. *f* 5. 6.

β. Veronica (*Nummularia*) floribus axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus, foliis ſuborbiculatis integerrimis, caule proſtrato fruticuloſo. *Gouan. illuſt.* 1. *t.* 1. *f.* 2. (*excluſis ſynonymis.*)

Digitized by Google

γ. Veronica (*pygmaea*) caule adſcendente trifloro, foliis oppoſitis caulem tegentibus, ovatis integris ciliatis, calycibus hirſutis. *Schrank. ſalisb. n.* 11. *t.* 1. *f.* 1.
Stein-Ehrenpreis. W.
Habitat in alpibus Helvetiae, Auſtriae. ♄ (v. ſ.)
Caules *ramoſi diffuſi.* Folia *ovata plana integerrima.* Calyx *obtuſus.* Corollae *caeruleae maximae.*

26. VERONICA *alpina.*
V. corymbo terminali, foliis oppoſitis oblongo-lanceolatis acutis dentatis, calycibus hiſpidis. W.
V. corymbo terminali, foliis oppoſitis, calycibus hiſpidis. *Fl. ſuec.* 2. *n.* 15. * *Oed. dan. t.* 16. *Scop. carn. ed.* 2. *n.* 13. *Pall. it.* 3. *p.* 333. *Gunn. norv n.* 45.
Veronica (*alpina*) caule ſimplici, foliis ovatis ſubſerratis ſeſe contingentibus, racemo terminali pauciflorō. *Schrank. ſalisb. n.* 9.
V. floribus corymboſis terminalibus, calycibus hiſpidis. *Fl. ſuec.* 1. *n.* 13.
V. caule floribus terminato, foliis ovatis crenatis. *Fl. lapp.* 7. *t.* 9. *f.* 4. *
V. caule ſimplici, foliis ovatis glabris ſubſerratis, ſpica pauciflora. *Hall. helu. n.* 544. *t.* 15. *f.* 2.
V. (*Teucrium Etſcherianum*) corymbo terminali, foliis caulinis oppoſitis, pene glabris, calycibus fructibusque hiſpidis. *Crantz. auſtr. p.* 337. R.
V. caule inferne procumbente fruticoſo, foliis ovatis oppoſitis, racemo terminali. *Roy. lugdb.* 3[illegible].
Teucrium Etſcherianum. *Cluſ. pann.* 616. *Haller. Houttuyn Lin. Pſl. Syſt.* 5. *p.* 68.
Alpen-Ehrenpreis. W.
Habitat in alpibus Europae. 4 (v. ſ.)
Variat foliis omnibus oppoſitis et ſummis alternis; *ceterum folia ſunt plus minusve dentata ſemper acuta.* W.

*27. VERONICA *integrifolia.*
V. corymbo terminali, foliis oppoſitis ellipticis obtuſis integerrimis, calycibus piloſis. W.
Veronica (*integrifolia*) caule ſimplici, foliis remotis ovatis mucronatis integerrimis ciliatis, corymbo terminali pauciflоro hirſuto. *Schrank. ſalisb. n.* 10. *
Veronica alpina. *Krocker ſiles. n.* 28. *tab.* 3.
Ganzblättriger Ehrenpreis. W.
Habitat in alpibus Salisburgenſibus *inque* Sudetis. 4 (v. ſ.
Diſtinxi hanc ſpeciem a praecedente ſecundum ſpecimina ſicca, quae coram habeo, quum habitu mihi di

verſa videantur. Folia *omnia ſunt oppoſita integerrima rigidiora obtuſiſſima.* Schmidt (*fl. bohem* 1. *n.* 16.) *hanc in deſcriptione et diagnoſi cum praecedenti confundit. Differt haec* foliis *obtuſis integerrimis*, calycibusque *valde piloſis.* Folia *in hac et praecedente margine ſunt ciliata, et pili ſunt articulati more Confervae.* W.

28. VERONICA *ſerpillifolia.*

V. racemo terminali ſubſpicato, foliis ovatis glabris crenatis. *Fl. ſuec.* 2. *n.* 16. *Oed. dan. t.* 492. *Pollich. pal. n.* 9. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 223. *n.* 39 *Jacq. vind.* 3. *Roth. germ. I. p.* 6. *II. p.* 9. *Hoffm. germ.* 5.

V. floribus ſolitariis ſubcorymboſis, foliis ovatis glabris crenatis. *Fl. ſuec.* 1. *n.* 14. *Dalib. pariſ.* 4.

V. foliis inferioribus oppoſitis ovatis, ſuperioribus alternis lanceolatis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 9. *Gron. virg.* 4. *Roy. lugdb.* 302. *Cold. noneb.* 1.

V. floribus ſparſis, foliis ovatis crenatis glabris. *Flor. lapp.* C.

V. caule erecto, foliis ovatis crenatis glabris, petiolis ex alis unifloris, breviſſimis. *Hall. helu. n.* 546.

V. erecta ſylveſtris. *Riv. t.* 93. R.

V. pratenſis ſerpillifolia. *Bauh. pin.* 247.

V. femina. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 285.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 68.

Quendelblättriger Ehrenpreis. W.

Habitat in Europa et America *ſeptentrionali ad vias, agros.* 4 (v. v.)

*29. VERONICA *tenella.*

V. foliis oblongis crenatis, caulibus repentibus, calycibusque villoſis. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 5.

Veronica (*tenella*) repens foliis crenulatis, ramis breviter racemoſis. *Allion. pedem. n.* 272. *t.* 22. *f.* 1.

V. nummulariae folio pyrenaica. *Tournef. inſt.* 145.

V. pratenſis nummulariae folio, flore caeruleo. *Pluk. alm.* 384. *t.* 233. *f.* 4.

V. pratenſis nummulariae folio. *Dill. giſſ. nov. ſp. p.* 67.

Zarter Ehrenpreis. W.

Habitat in Pyrenaeis *et alpibus* Pedemontanis. 4 (v. f.)

30. VERONICA *Beccabunga.*

V. racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Flor. ſuec.* 11. 14. *Mat. med. p.* 58. *Oed. dan.* 511. *Pollich. pal. n.* 10. *Gunn. norv.* 59. *Jacq. vind.* 3.

Digitized by Google

Gmel. fib. 3. *p.* 224. *Roth. germ. I. p.* 6. *II. p.* 10. *Hoffm. germ.* 5.

V. foliis oppositis laevibus crenatis, floribus racemosis lateralibus. *Roy. lugdb.* 302.

V. foliis oppositis laevibus crenatis, floribus laxe spicatis ex alis. *Hort. cliff.* 8. *Gron. virg.* 4.

V. foliis ovatis serratis glabris, ex alis racemosa. *Hall. helu. n.* 534.

V. racemis lateralibus oppositis laxis, foliis planis, glabris. *Scop. carn. ed.* 1. *p.* 305. *n.* 8. *ed.* 2. *non.* R.

Beccabunga. *Riv. t.* 100. R.

Anagallis aquatica major (minorque) folio subrotundo. *Bauh. pin.* 252.

Anagallis aquatica. *Dod. pempt.* 823. *Blackw. t.* 48. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 5. *p.* 69.

Quellen-Ehrenpreis. W.

Habitat in Europa *ad scaturigines vix congelandas.* 24 (v. v.)

31. VERONICA *Anagallis.*

V. racemis lateralibus, foliis lanceolatis serratis, caule erecto. *Fl. suec.* 10. 13. *Pollich. pal. n.* 11. *Crantz. austr. p.* 342. *Gmel. sib.* 3. *p.* 224. *Fl. Dan.* 90. *Roth. germ. I. p.* 6. *II. p.* 11. *Hoffm. germ.* 5.

V. foliis lanceolatis serratis glabris, ex alis racemosa. *Hall. helu. n.* 533.

Beccabunga minor. *Riv. t.* 100. R.

Veronica foliis oppositis laevibus crenatis floribus laxe spicatis ex alis. *Gron. virg.* 4.

Anagallis aquatica major, folio oblongo. *Bauh. pin.* 252.

Anagallis aquatica major, folio oblongo, coerulea major et minor. *Bauh. hist.* 2. *p.* 791.

Berula major. *Taberu hist.* 1094.

β. racemo unico foliis lanceolatis crenatis. *Willd. prod. n.* 31.

γ Veronica (*tenerrima*) foliis ovatis planis integerrimis, caule erecto, racemo terminali et axillari, calycibus quadrifidis aequalibus. *Schmidt bohem. I. n.* 23.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 71.

Wasser-Ehrenpreis. W.

Habitat in Europa *ad fossas et in* Oriente. ☉ (v. v.)

32. VERONICA *scutellata.*

V. racemis lateralibus alternis: pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Fl. suec.* 9. 17. *Oed. dan.* 209. *Pollich. pal. n.* 12. *Crantz. austr. p.* 343. *Roth. germ. I. p.* 6. *II. p.* 12. *Hoffm. germ. p.* 5.

Digitized by Google

V. foliis lineari-lanceolatis integris, racemis laxe floriferis. *Fl. lapp.* 9. *Hort. cliff.* 10. *Roy. lugdb.* 302.

V. foliis lineari-lanceolatis, racemis ex alis paucifloris. *Hall. helu. n.* 532.

Anagallis aquatica anguſtifolia ſcutellata. *Bauh. pin.* 252.

Anagallis aquatica anguſtifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 780. *Riv. mon. irr. t.* 96.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 71.

Schildſamiger Ehrenpreis. W.

Habitat in Europae *inundatis.* 4. (v. v.)

Racemi *capillares, laxi, divaricati.*

Folia *ſunt rariter ſerrata.* Varietas *datur foliis ovato-lanceolatis. Roſen. obſ. p.* 3. *quam in agro Cellenſi vidit b. Hallerus.* R.

33. VERONICA *Teucrium.*

V. racemis lateralibus longiſſimis, foliis ovatis rugoſis dentatis obtuſiusculis, caulibus procumbentibus. *Syſt. Veget. p.* 57. (caule erecto. *Sp. ed. p.* 16.) *Roth. germ. I. p.* 7. *II. p.* 13. *Hoffm. germ.* 5.

V. foliis cordatis obtuſis, nervoſis, ſerratis, racemis denſiſſimis. *Hall. helu. n.* 537.

V. montana. *Rivin. t.* 95. *Hall.* R.

V. ſpuria anguſtifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 285. R.

Chamaedrys vulgaris mas. *Fuchſ.* 871.

Chamaedrys ſpuria major altera ſ. fruteſcens. *Bauh. pin.* 248.

Chamaedrys ſpuria major anguſtifolia. *Bauh. pin.* 248.

Teucrii IV. tertia ſpecies. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 549.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt 5. *p.* 72.

Gamander Ehrenpreis. W.

Habitat in Germania, Helvetia. 4

Racemi *denſi, ſtricti, ſubſpicati.* Folia *obtuſius ſerrata.* Calyces *quinquefidi?* Datur *varietas flore pleno.*

Specimen hujus Veronicae in herbario Linnaeano non invenit Clariſſ. Smith (*Act. Soc. Lin. Lond.* 1. *p.* 191.) *Ego ſemper ſub hoc nomine* V. latifoliam *vel* V. proſtratae *varietatem majorem vidi, ergo dubia planta.* W.

34. VERONICA *piloſa.*

V. racemis axillaribus, foliis ovatis obtuſis plicatis profunde dentatis, caule proſtrato bifariam piloſo. W.

V. racemis ſubſpicatis, foliis ovatis obtuſis, plicatis, caule proſtrato piloſo. *Sp. plant.* 2. *app.* 1663.

Digitized by Google

Chamaedrys ſpuria minor latifolia. *Bauh. pin.* 249.
Chamaedryos falſa ſpecies; Teucrium 2. *I.* 5. Cluſii. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 286.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 73.
Haariger Ehrenpreis. W.
Habitat in Auſtria. 4 (v. ſ.)

Caules *decumbentes, apice adſcendentes, piloſi, ramoſiſſimi.* Folia *ovata, obtuſa, ſerrata, plicis* 3 *ſ.* 5, *lineata, petiolata: ſupremis ſeſſilibus.* Spicae *ſubterminales, ſolitariae;* Bracteis *ovatis, infimis baſi dentatis.* Calyces *ſeſſiles, laciniis* 2 *exterioribus majoribus.* Corollae *albido coeruleſcentes.*

Nec hujus ſpeciei ſpecimen ſiccum in herbario Linnaeano eſt, Smith l. c. *De identitate hujus Veronicae dubitat Clariſſ. Vir, et putat varietatem V.* latifoliae *forſan eſſe. Exemplar ſiccum in* Bohemia *lectum poſſideo, quod demonſtrat hanc meam plantam ab omnibus notis ſpeciebus eſſe diverſam. Planta ſimilis eſt ſequenti habitu et corolla figura, ſed diſtincta:* foliis *baſi profunde dentatis magis ovatis,* et caule *bifariam piloſo;* a V. Chamaedri *differt:* foliis *minoribus baſi profunde dentatis,* caule *proſtrato,* calycibus *inaequalibus,* corollarum *laciniis acutis conniventibus.* W.

Caulis *eſt proſtratus teres bifariam pubeſcens.* Folia *ovata inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia, obtuſa, piloſa, obtuſe dentata, dentibus inferioribus elongatis.* Racemi *axillares in ſuprema caulis parte facie V. proſtratae.* Bracteae *lanceolatae integerrimae piloſae pedunculo longiores.* Pedunculi *breves.* Calyx *quadrifidus: laciniis binis exterioribus majoribus.* W.

35. VERONICA *proſtrata.*

V. racemis lateralibus, foliis oblongo-ovatis ſerratis, caulibus proſtratis. *Pollich. pal. n.* 15.
V. foliis imis ellipticis dentatis, ſupremis lanceolatis, ex alis racemoſa. *Hall. helu. n.* 538.
V. anguſtifolia minor. *Riv. t.* 95. R.
Chamaedrys incana ſpuria minor anguſtifolia. *Bauh. pin.* 249. *prodr.* 117. *I. Bauh.* 3. *p.* 237.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 74.
Geſtreckter Ehrenpreis. W.
Habitat in Germaniae, Italiae, Helvetiae *collibus.* 4 (v. v.)

Caules *duriuſculi, caneſcentes, ſubtomentoſi.* Folia *obtuſa, ſubpetiolata, exceptis ſuperioribus, e quorum*

Digitized by Google

alis racemi *longi.* Calyces *quinquefidi, inaequales.* Flores *laete violacei, conferti.*

36. VERONICA *pectinata.*

V. racemis lateralibus foliatis, foliis oblongis pectinato-ferratis, caulibus proſtratis. *Mant. p.* 24.

V. conſtantinopolitana incana, chamaedryos folio. *Tournef. cor.* 7. *Buxb. cent.* 1. *p.* 25. *t.* 39.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 75.

Kammzähniger Ehrenpreis. W.

Habitat Conſtantinopoli. 4 (v. ſ.)

Caules *proſtrati, baſi ſuffruticoſi, palmares, pubeſcentes.* Folia *Chamaedryos; elliptica, oblonga, profundiſſime aequaliterque ſerrata pectinis inſtar, ſubpetiolata, oppoſita, pubeſcentia.* Scapus *lateralis, palmaris, foliis* 5 *ſ.* 6 *ſimilibus, ſed alternis, ſeſſilibus; terminatus* corymbo *in racemum elongato.* Calyces *quinquefidi.*

37. VERONICA *montana.*

V. racemis lateralibus elongatis filiformibus, foliis ovatis petiolatis obtuſis groſſe ſerratis, caule petioliſque hirtis. *Lin. ſuppl.* 83. *Hoffm. germ.* 5. *tab.* 1. *Roth. germ.* 1. *p.* 7. *II. p.* 15.

V. racemis lateralibus paucifloris, calycibus hirſutis, foliis ovatis rugoſis crenatis petiolatis, caule debili. *Amoen. acad.* 4. *p.* 263. *Pollich. pal. n.* 14. *Schreb. ſpicil. p.* 10. *Leers herborn. n.* 13. *Jacq. auſtr. t.* 109.

V. caule procumbente, foliis hirſutis cordatis retuſis, racemis paucifloris. *Hall. helv. n.* 539.

V. (*ſubbiſcutata*) racemis lateralibus paucifloris, calycibus hirſutis, foliis petiolatis ovatis crenatis, caule debili. *Crantz. auſtr. p.* 343. R.

V. procumbens. *Riv. t.* 93. R.

Chamaedrys ſpuriae affinis rotundifolia ſcutellata. *Bauh. pin.* 249.

Alyſſum Dioſcoridis montanum. *Colum. ecphr.* 1. *p.* 286. *t.* 288.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 75.

Berg-Ehrenpreis. W.

Habitat in Italiae, Helvetiae, Germaniae *umbroſis.* 4 (v. ſ.)

Caulis *repens.* Calyces 4-*fidi.* Folia *ſubtus rubra.* Racemi, *ut in V. ſcutellata, capillacei, foliis multo longiores, paucis floribus.* Fructus *orbiculati, baſi apiceque emarginati.*

Digitized by Google

38. VERONICA *Chamaedrys.*

V. racemis lateralibus, foliis ovatis ſeſſilibus rugoſis dentatis, caule bifariam piloſo. *Oed. dan.* 448. *Pollich. pal. n.* 16. *Gunn. norv. n.* 47. *Thunb. jap.* 20. *Roth. germ. I. p.* 7. *II. p.* 16. *Hoffm. germ.* 6.

V. racemis lateralibus, foliis ovatis ſeſſilibus rugoſis dentatis, caule debili. *Flor. ſuec.* 13. 18. *Dalib. pariſ.* 4.

V. foliis oppoſitis, plicatis, dentatis, ſcapis ex alis inferioribus laxe ſpicatis. *Hort. cliff.* 8. *Roy. lugdb.* 303.

V. foliis cordatis ſeſſilibus oppoſitis, racemis laxe floriferis. *Fl. lapp.* 8.

V. foliis cordatis ſubrotundis hirſutis nervoſis, ex alis racemoſa. *Hall. helu. n.* 536.

V. racemis lateralibus, foliis cordato-ovatis, ſeſſilibus, dentatis; caule ſtria oppoſita piloſa incana. *Crantz. auſtr. p.* 346. *cum* Ver. Teucrio *conjungit.* R.

V. pratenſis latifolia. *Riv. t.* 94. *Haller.*

Chamaedrys ſpuria latifolia. *Bauh. hiſt. 3. p.* 286. *Hall.* R.

Chamaedrys ſpuria minor rotundifolia. *Bauh. pin.* 249.

Hierobotane mas. *Dalech. hiſt.* 1337.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 75.

Wald-Ehrenpreis. W.

Habitat in Europae *pratis.* 4 (v. v.)

Foliola calycina inaequalia lanceolata. Gouan.

*39. VERONICA *orientalis.*

V. racemis lateralibus, foliis pinnatifidis glabris acutis baſi attenuatis, calycibus inaequalibus, pedicellis capillaribus bractea longioribus. *Ait. Kew.* 1. *p.* 23. *Mill. dict.*

Veronica heterophylla. *Salisb. icon.* 1. *p.* 7. *tab.* 4. *

V. montana folio vario. *Buxb. Cent.* 1. *p.* 4. *tab.* 38.

Orientaliſcher Ehrenpreis. W.

Habitat in Armeniae, Iberiae graminoſis. 4 (v. ſ.)

40. VERONICA *multifida.*

V. racemis lateralibus, foliis multipartitis, laciniis pinnatifidis, lobis decurrentibus, pedunculis brevibus, calyce glaberrimo, caule villoſo. W.

Veronica (*multifida*) racemis lateralibus, foliis multipartitis laciniatis, caulibus erectis. *Sp. plant.* 2. *p.* 17. *Georg. it.* 1. *p.* 195. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond.* 1. *p.* 191.

V. foliis multifidis linearibus. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 222. (*excluſo ſynonymo Tournefortii*).

V. abrotanifolio, fruteſcens, floribus carneis. *Amm. ruth. p.* 25. *n.* 33.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 78.
Vielſpaltiger Ehrenpreis. W.
Habit in Sibiria. 4 (v. ſ.)
Omnes Botanici, excepto Clariſſ. Smith, *hanc ſpeciem pro varietate V. auſtriacae habent, cui nullo modo ſimilis eſt.* Caulis *pilis albicantibus patulis eſt tectus.* Calyx *eſt quinquefidus glaberrimus.* W.

41. VERONICA *auſtriaca.*

V. racemis lateralibus, foliis piloſiusculis linearibus pinnatifidis, laciniis infimis longioribus divaricatis, calycibus piloſiusculis, pedunculis bractea brevioribus. W.
V. racemis lateralibus, foliis lineari-lanceolatis pinnatodentatis. *Jacq. vind. p.* 3.
Veronica (*multifida*) racemis lateralibus, foliis multipartitis piloſiusculis: laciniis linearibus: baſeos divaricatis, calycibus inaequalibus, pedicellis longitudine bractearum. *Ait. Kew.* 1. *p.* 23. (*excluſo ſynonymo V. multifidae Linnaei.*)
V. auſtriaca et multifida. *Jacq. auſt. cent.* 4. *t.* 329.
V. pratenſis. var. a. *Crantz. auſtr. p.* 344.
Chamaedrys auſtriaca, foliis tenuiſſime laciniata. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 287. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 3. *t.* 23. *f.* 17.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 77.
Oeſtreichiſcher Ehrenpreis. W.
Habitat in Auſtria, Sileſia, Carniolia. 4 (v. ſ.)
Folia *fere Coronopi, glabra.* Calyces *quinquefidi.* Caulis *et* folia *pilis minutiſſimis adpreſſis tecti.* Calyx *piloſiusculus.* Corolla *coerulea.* W.

*42. VERONICA *taurica.* W.

V. racemis lateralibus, foliis piloſiuſculis linearibus indiviſis et pinnatifido-denticulatis, pedunculis bractea longioribus, calyce quadrifido glabro. W.
Taurilcher Ehrenpreis. W.
Habitat in Tauria. 4 (v. ſ.)
Caulis *videtur adſcendens, teres piloſiusculus.* Folia *laete viridia ſemiuncialia conferta, linearia integra, et ſubcuneiformia apice tridentata, et linearia pinnatifido-dentata.* Racemi *longi axillares.* Pedunculi *bracteis multo longiores.* Calyx *quadrifidus glaber inaequalis.* Corolla *roſea.* W.

43. VERONICA *urticaefolia.*

Digitized by Google

V. racemis lateralibus, foliis cordatis ſeſſilibus argute ſerratis acuminatis, caule ſtricto, foliolis calycinis quaternis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 24.

Veronica (*urticaefolia*) racemis lateralibus, foliis ovato-lanceolatis hirtis argute ſerratis, caule erecto. *Lin. ſuppl.* 83. *Jacq. auſt.* 1. *p.* 37. *t.* 59.

V. foliis hirſutis nervoſis ſeſſilibus cordatis lanceolatis ſerratis, floribus racemoſis longe petiolatis. *Hall. hiſt. n.* 535.

V. pratenſis omnium maxima. *Buxb. Cent.* 1. *p.* 23. *t.* 34.

V. maxima latifolia ſ. quercus folia. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 322. *ſ.* 3. *t.* 23. *f.* 18.

Chamaedrys falſa maxima. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 286.

Chamaedrys ſpuria major latifolia. *Bauh. pin. p.* 248.

Neſſelblättriger Ehrenpreis. W.

Habitat in Helvetia, Bithynia, Auſtria, Bavaria. 4 (v. ſ.)

44. VERONICA *latifolia.*

V. racemis lateralibus, foliis cordatis ſeſſilibus rugoſis obtuſe ſerratis, caule ſtricto, foliolis calycinis quinis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 24.

V. racemis lateralibus, foliis cordatis rugoſis dentatis, caule ſtricto. *Reyg. fl. gedan. II. p.* 28.

Veronica Pſeudo-chamaedrys. *Jacq. auſtr.* 1. *p.* 37. *t.* 60.

V. foliis oppoſitis plicatis dentatis, ſcapis ex alis ſuperioribus laxe ſpicatis. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 393.

Chamaedrys ſpuria major latifolia. *Bauh. pin.* 248.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 79.

Breitblättriger Ehrenpreis. W.

Habitat in Auſtria, Germania. 4 (v. v.)

Calycina *foliola* 5 *ovata, aequalia. Gouan.*

45. VERONICA *paniculata.*

V. racemis lateralibus longiſſimis, foliis lanceolatis ternis ſerratis, caule adſcendente. *Pall. it.* 1. *p.* 196. *Lepech. it.* 1. *p.* 206.

Veronica (*dentata*) foliis oppoſitis lanceolato-linearibus ſeſſilibus dentatis acuminatis, caule ex procumbente erecto tereti, racemis lateralibus oppoſitis, calycibus quadrifidis inaequalibus. *Schmidt. bohem.* 1. *n.* 31.

V. anguſtifolia, floribus paniculatis. *Amm. ruth.* 32.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 79.

Riſpenblätiger Ehrenpreis. W.

H. in Tartaria, Bohemia. 4 (v. ſ.)

Statura *V. latifoliae, ſed* folia *anguſtiſſime lanceolata, plerumque terna.* Racemi *longiſſimi, ſaturate*

Digitized by Google

coerulei, ad tria ſuperiora genicula terni. Calyces 4-*fidi.*

*** *Pedunculis unifloris.*

46. VERONICA *biloba.*

V. floribus ſolitariis, foliis cordato-lanceolatis dentatis, calycinis aequalibus ovatis acuminatis trinerviis. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond.* 1. *p.* 195.

V. floribus ſolitariis, foliis ovatis acutis ſerratis glabris, calycibus fructu bipartito majoribus. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 1.

V. racemis lateralibus, foliis oblongis dentatis, capſulis bipartitis. *Mant.* 172.

V. arvenſis annua, chamaedryos folio. *Buxb. cent.* 1. *p.* 24. *t.* 36.

V. orientalis, ocymi folio flore minimo. *Tournf. Cor.* 7.

Baſilienblättriger Ehrenpreis. W.

Habitat inter Cappadociae *ſegetes. D. Schreber.* ☉ (v. ſ.)

Affinis V. arvenſi, *ſed calyx aequalis, ovato-lanceolatus, trinervius. Pedunculi bracteas aequantes. Capſulae bipartitae.*

Caulis *ſimpliciſſimus erectus ſuperne pubeſcens digitalis.* Folia *petiolata ovata acuta glabra ſerrata, baſi integerrima; ſerraturis utrinque tribus vel quatuor.* Floralia *alterna ſeſſilia lanceolata.* Flores *pedunculati cernui ſolitarii.* Pedunculus *folio florali brevior.* Calyx *quadripartitus: laciniis ovatis acutis ſubaequalibus, fructu duplo longioribus.* Vahl. l. c.

47. VERONICA *agreſtis.*

V. floribus ſolitariis pedunculatis, foliis cordatis petiolatis, caule pubeſcente. W.

V. floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo brevioribus. *F. ſuec.* 17. 20. *Oed. dan. t.* 449. *Pollich. pal. n.* 17. *Hoffm. germ.* 6. *Roth. germ. I. p.* 8. *II. p.* 17.

V. foliis cordatis crenatis, foliis ſolitariis pedunculatis. *Roy. lugdb.* 503.

V. fol. alternis cordatis crenatis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 9.

V. caule procumbente, foliis petiolatis ovatis crenatis. *Hall. helv. n.* 549.

V. foliis cordato-inciſis, pedunculis frutificantibus longioribus cernuis; calycibus baſi gibbis. *Crantz. auſtr. p.* 349. *n.* 16. *B.*

Alline ſerrato folio glabro. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 366. *Hall.*

Digitized by Google

Alsine chamaedryfolia, flosculis pediculis oblongis insidentibus. *Bauh. pin.* 250.
Veronica folio chamaedryos. *Riv. t.* 97.
Alsine foliis trissaginis. *Tabern. hist.* 1089.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 80.
Acker Ehrenpreis. W.
Habitat in Europae *agris et arvis.* ⊙ (v. v.)
Calycina *foliola ovata aequalia Gouan.* Semina *in vno loculo* 8- 10. *Scop.* Variat *flore albo.*
Variat corollis *caeruleis venis saturatioribus*, capsulis *pilosis*, *pilis simplicibus; et* corollis *albis*, capsulis *pilosis*, *pilis apice glanduliferis.* W.

48. VERONICA *arvensis.*

V. floribus solitariis, foliisque cordatis subsessilibus, caule hirto. W.
V. floribus solitariis, foliis cordatis incisis pedunculo longioribus. *Fl. suec.* 16. 19. *Pollich. pal. n.* 18. *Oed. dan.* 515. *Thunb. jap.* 20. *Hoffm. germ.* 6. *Roth. germ. I. p.* 8. *II. p.* 19.
V. foliis oppositis cordatis crenatis, floribus solitariis sessilibus. *Hort. cliff.* 9. *Gron. virg.* 4. *Roy. lugdb.* 303.
V. caule erecto, foliis ovatis subhirsutis dentatis, petiolis brevissimis. *Hall. helv. n.* 548.
V. foliis oppositis cordatis crenatis, floribus in caule virgato sessilibus. *Crantz. austr. p.* 350. R.
Alsine Veronicae foliis, flosculis cauliculis adhaerentibus. *Bauh. pin.* 250.
Elatine polyschides. *Dalech. hist.* 1259.
β. Veronica acinifolia. *Schmidt bohem.* 1. *n.* 46.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 81.
Feld-Ehrenpreis. W.
Habitat in Europae *arvis cultis.* ⊙ (v. v.)
Calycina *foliola lanceolata inaequalia. Gouan.*

49. VERONICA *hederifolia.*

V. floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis pedunculo brevioribus, calycinis ovatis. W.
V. floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. *Fl. suec.* 18. 21. *Oed. dan.* 428. *Pollich. pal. n.* 19. *Roth. germ. I. p.* 8. *II. p.* 20.
V. foliis cordatis alternis quinquelobis, floribus solitariis. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 303. *Fl. Lapp. p.* 8.
V. caule procumbente, foliis lobatis petiolatis, pedunculis unifloris. *Hall. helv. n.* 550.

Digitized by Google

V. foliis cordatis planis, calycis segmentis sagittatis, ciliatis; fructu quadrangulo. *Crantz. austr. p.* 350. *n.* 18. R.

V. floribus solitariis, foliis quinquelobis; corollis calyce brevioribus. *Scop. carn. ed.* 1. *p.* 307. *n.* 12. *ed.* 2. *n.* 24. R.

Alsine hederulae folio. *Bauh. pin.* 250. *Tabern. hist.* 1080. *Riv. t.* 97.

β. Veronica chia, cymbalariae folio, verna, flore albo; umbilico virescente. *Tourn. cor.* 7. *Buxb. cent.* 1. *p.* 25. *t.* 39. *f.* 1.

V. cymbalarifolia. *Gmel. tub. p.* 6. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 64.

Ephеublättriger Ehrenpreis. W.

Habitat in Europae *ruderatis, hortis, agris.* ⊙ (v.v.) Semina *umbilicata sunt huic propria.*

*50. VERONICA *filiformis.*

V. floribus solitariis, foliis cordatis crenatis pedunculo brevioribus, calycinis lanceolatis. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond.* 1. *p.* 195. *

V. orientalis, foliis hederae terrestris magno flore. *Tournef. Cor.* 7. *Buxb. cent.* 1. *p.* 25. *t.* 40. *f.* 1.

Fadenförmiger Ehrenpreis. W.

Habitat in Oriente. ⊙ (v. s.)

Similis V. hederaefoliae *satis distincta vero:* foliis *crenatis, nec quinquelobis,* laciniis *calycinis lanceolatis, nec ovatis, et* pedunculo *filiformi longissimo.* Smith. l. c.

51. VERONICA *triphyllos.*

V. floribus solitariis pedunculatis, foliis digitato-partitis, caule patulo. W.

V. floribus solitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus. *Oed. dan. t.* 627. *Pollich. pal. n.* 20. *Scop. carn. ed.* 2. *n.* 25. *Roth. germ. I. p.* 9. *II. p.* 21. *Hoffm. germ.* 7.

V. floribus solitariis, foliis digitato-partitis pedunculo brevioribus. *Fl. suec.* 19. 20. *Dalib. paris.* 6.

V. foliis alternis inferioribus quinquepartitis; superioribus tripartitis, floribus solitariis. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 302.

V. foliis ovatis, tripartitis et quinquepartitis, petiolis unifloris. *Hall. helv. n.* 551.

V. foliis digitato-partitis; floribus solitariis in folioforum capitulorum rosulis congestis. *Crantz. austr. p.* 351. R.

Digitized by Google

Alſine folio profunde ſecto, flore purpureo ſ. coeruleo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 367. R.
Veronica folio rutae. *Riv. t.* 96. R.
Alſine triphyllos caerulea. *Bauh. pin.* 250.
Alſine parva erecta, folio alſines hederaceo. *Lob. ic.* 464. *Houttuyn Lin. Pſl. Syſt.* 5. *p.* 83.
Dreyblättriger Ehrenpreis. W.
Habitat in Europae *agris.* ⊙ (v. v.)

52. VERONICA *verna.*

V. floribus ſolitariis ſubſeſſilibus, foliis digitato-partitis, ſummis indiviſis, caule ſtricto. W.
V. floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce brevioribus. *Pollich. pal. n.* 21. *Oed. dan. t.* 252. *Hoffm. germ.* 7. *Roth. germ. I. p.* 9. *II. p.* 22.
V. floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis pedunculis longioribus. *Flor. ſuec.* 20. 23.
V. humilis erecta montana, flore parvo coeruleo. *Dill. gieſſ. app.* 38.
V. foliis ovatis, tripartitis et quinquepartitis, petiolis unifloris breviſſimis. *Hall. helu. n.* 552.
V. (*Dillenii*) foliis digitato-partitis; floribus ſolitariis ſpicatis, ſeſſilibus. *Crantz. auſtr. p.* 352. R.
β. Veronica ſucculenta. *Allion. pedem.* 1. *n.* 283. *t.* 22. *f.* 4. *Houttuyn Lin. Pſl. Syſt.* 5. *p.* 84.
Frühlings-Ehrenpreis. W.
Habitat in Germaniae, Sueciae, Hiſpaniae *aridis apricis.* ⊙ (v. v.)
Caulis *erectus*, *ſtrictus.*

*53. VERONICA *digitata.*

V. floribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis omnibus digitato-partitis, caule ſtricto. W.
Veronica digitata. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 2. *
Veronica ſucculenta. *Schmidt. bohem.* 1. *n.* 43.
Gefingerter Ehrenpreis. W.
Habitat in agris Bohemiae, Monſpelii, Hiſpaniae. ⊙ (v. ſ.)
Differt a V. triphylla floribus *ſeſſilibus*, foliorum *laciniis linearibus*, capſulis *obcordatis*: *a V. verna* foliis *omnibus partitis.* Vahl. l. c.

54. VERONICA *acinifolia.*

V. floribus pedunculatis ſolitariis, foliis ovatis glabris crenatis, caule erecto ſubpiloſo. *Pollich. pal. n.* 22. *Leers herborn. n.* 20. *Hoffm. germ.* 7. *Roth. germ. I. p.* 9. *II. p.* 24.

Digitized by Google

V. caule ſubpiloſo, foliis ovatis glabris crenatis, pedunculis unifloris. *Hall. helu. n.* 547. R.

V. erecta, acini folio glabro, floribus caeruleis. *Dillen. gieſſ. app.* 39.

V. minima, clinopodii minoris folio glabro, romana. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 29. *t.* 102. *Raj. ſuppl.* 423. *Vaill. paris.* 201. *t.* 33. *f.* 3. *optima.*

Veronica (*praecox*) foliis cordatis ſeſſilibus, profunde dentatis, caule erecto hirſuto ramoſo, pedunculis folia adaequantibus, calycibus quadrifidis aequalibus. *Schmidt bohem.* 1. *n.* 44.

β. Veronica romana. *Allion. ped.* 1. *n.* 289. *t.* 85. *f.* 2. *Schmidt. bohem.* 1. *n.* 45.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 85.

Thymianblättriger Ehrenpreis. W.

Habitat in Europae *temperatae agris limoſis.* ⊙ (v.v.)

55. VERONICA *peregrina.*

V. floribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis lanceolato-linearibus glabris obtuſis integerrimis, caule erecto. *Fl. ſuec.* 15. 24. *Oed. dan.* 407. *Hoffm. germ.* 7. *Roth. germ. I. p.* 9. *II. p.* 29.

V. terreſtris annua, folio polygoni, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 322. *ſ.* 3. *t.* 34. *f.* 19.

β. Veronica (*romana*) floribus ſolitariis, foliis oblongis ſubdentatis, caule erecto. *Sp. plant.* 2. *p.* 19. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond.* 1. *p.* 192.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 85. 86.

Fremder Ehrenpreis. W.

Habitat in Europae *hortis, arvisque.* ⊙ (v. v.)

*56. VERONICA *Bellardi.*

V. floribus ſolitariis pedunculatis, foliis linearibus integerrimis hirtis flore longioribus, caule ſimpliciſſimo erecto. W.

Veronica (*Bellardi*) hirſuta, caule erecto ſimplici toto florigero, foliis linearibus fructu ſubſeſſili brevioribus. *Allion. pedem.* 1. *n.* 282. *t.* 85. *f.* 1. *

Einfacher Ehrenpreis. W.

Habitat in paſcuis Pedemontanis. ⊙

57. VERONICA *marilandica.*

V. floribus ſolitariis ſeſſilibus, foliis linearibus, caulibus diffuſis. *Murr. Comm. Gœtt.* 1782. *p.* 11. *tab.* 3.

V. caulibus procumbentibus, foliis linearibus, floribus ſeſſilibus lateralibus. *Gron. virg.* 4.

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 86.
Marilandiſcher Ehrenpreis. W.
Habitat in Virginia.

45. PAEDEROTA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 33.

Cor. ringens 4- fida fauce nuda. *Cal.* 5- partitus. *Capſ.* bilocularis.

1. PAEDEROTA *Ageria.*

P. foliis ovato-acuminatis, corollarum galea bifida. W.
Paederota (*Ageria*) foliis ſerratis: inferioribus alternis. *Mant.* 171.
Paederota (*lutea*) corollarum labio ſuperiore bifido. *Lin. ſuppl.* 84. *Scop. ann.* 2. *p.* 41. *
Paederota Bonarota. *Jacq. hort.* 2. *t.* 121.
Bonarota montana italica chamaedryos folio, minus crenato, ſpica lutea. *Mich. gen. p.* 19. *n.* 3.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 88.
Gelbe Paederote. W.
Habitat in Carniolia. Italia. 4 (v. ſ.)

2. PAEDEROTA *Bonarota.*

P. foliis ſubrotundo-ovatis, corollarum galea integra. W.
Paederota (*Bonarota*) foliis ſerratis oppoſitis. *Sp. plant.* 2. *p.* 20. *Jacq. auſtr.* 5. *app. t.* 39.
Paederota (*caerulea*) corollarum labio ſuperiore indiviſo. *Lin. ſuppl.* 84.
Bonarota chamaedrifolia. *Scop. carn. n.* 26.
Veronica Bonarota. *Spec. plant.* 1. *p.* 11.
Chamaedrys montis Sumani. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 289.
Bonarota montana italica, Chamaedryos folio, floro caeruleo. *Mich. gen.* 19. *n.* 1. *t.* 15. *f.* 1.
β. Bonarota montana italica Chamaedryos folio rotundiore et quaſi circinato, ſpica caerulea habitiore. *Mich. gen.* 19. *n.* 2. *t.* 15. *f.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 88.
Blaue Paederote. W.
Habitat in alpibus Auſtriae, Carnioliae, Italiae. 4 (v. ſ.)

* 3. PAEDEROTA? *minima.*

P. foliis oblongis integris oppoſitis, floribus axillaribus oppoſitis, calycum dentibus intus hirſutis. *Retz. obſ. faſc.* 5. *p.* 10. * †
Kleinſte Paederote. W.
Habitat in India.

Faci Elatines Hydropiperis. Retz. l. c.
Paederota *racemosa Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 5. *p.* 89. *t.* 38. *f.* 1. *est Hemimeris montana.* Lin. suppl. W.

* 46. WULFENIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 34.

Cor. ringens, labio superiore brevi integro; inferiore 3-partito, fauce barbata. *Cal.* 5-partitus. *Caps.* 2-locul.

*1. WULFENIA *carinthiaca.*
Wulfenia. *Jacq. miscell.* 2. *p.* 62. *tab.* 8. *fig.* 1. *Icon. rar.* 1. *tab.* 2. *Reiner et Hohenwarth itin. bot.* 1. *p.* 73. *t.* 1.*
Paederota Wulfenia. *Lamarck. encyclop. tab.* 13. *fig.* 2.
Kaerntensche Wulfenie. W.
Habitat in summis alpibus Carinthiae *solo pinguissimo.* 4 (v. s.)
Planta acaulis Paederotis valde affinis. Folia *radicalia obovata obtusa grosse crenata glabra.* Scapus *teres pilosiusculus foliis multo altior.* Flores *pedunculati bractea lanceolata suffulti, secundi, caerulei.* W.

* 47. CYRTANDRA.

Forst. char. gen. p. 5.

Cor. 5-fida irregularis. *Cal.* 5-dentatus sub bilabiatus. *Stam.* 4, bina sterilia. *Bacca* bilocularis.

*1. CYRTANDRA *biflora.*
C. pedunculis subramosis, foliis ellipticis subintegerrimis glabris. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 1.
Cyrtandra (*biflora*) involucris bifloris. *Forst. char. gen.* 6.
Besleria (*biflora*) pedunculis bifloris, involucro caduco inflato, foliis ovatis integerrimis. *Forst. prod. n.* 236.
Zweyblütiger Krummfaden. W.
Habitat in insula Taheiti. ♄
Rami *glabri, superne tetragoni, apice pulverulento-ferrugineo-tomentosi.* Folia *petiolata tripollicaria opposita, glaberrima, nervoso-venosa, subtus pallida, utrinque acuta, versus apicem obscure crenata.* Petiolus *vix unguicularis.* Pedunculi *axillares petiolo parum longiores solitarii subtriflori, pedicellus intermedius interdum triflorus, laterales uniflori.* Involucrum *triphyllum inflatum, foliolis lanceolatis integerrimis.* Calycis *foliola lanceolata.* Corolla *calyce duplo longior, tubo curvato.* Vahl. l. c.

Digitized by Google

*2. CYRTANDRA *cymosa*.

C. pedunculis subcymosis, foliis ovatis crenatis basi obliquis subtus pubescentibus. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 2.

Cyrtandra (*cymosa*) pedunculis nudis. *Forst char. gen. p.* 6.

Besleria (*cymosa*) pedunculis cymosis, pedicellis bracteolatis, foliis ovatis crenatis. *Forst. prod. n.* 237.

Doldentraubiger Krummfaden. W.

Habitat in insula Tanna.

Ramuli *pubescentes*. Folia *petiolata, saepe spithamaea ovata, altero latere angustiore breviora subacuminata, dentato-crenata, nervoso-venosa, supra glabra, subtus pallida pubescentia*. Petiolus *unguicularis*. Pedunculi *axillares sesquipollicares pubescentes multiflori; pedicelli simplices vel ramosi unguiculares pubescentes*. Calycis *laciniae lanceolatae*. Vahl. l. c.

48. JVSTICIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 35.

Cal.. simplex s. duplex. *Cor.* 1-petala irregularis. *Capsula* ungue elastico dissiliens; *dissepimentum* contrarium adnatum.

* *Calyce duplici, Monantherae.*

1. JVSTICIA *fastuosa*.

J. thyrsis terminalibus, floribus secundis, foliis lanceolato-ellipticis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 13.

Justicia (*fastuosa*) fruticosa foliis ellipticis, thyrsis terminalibus, floribus secundis, calycibus duplicatis bifloris. *Vahl. symbol.* 1. *p.* 2. *tab.* 1.

Justicia (*fastuosa*) fruticosa, foliis ellipticis, thyrsis terminalibus. *Mant.* 172. (*descriptio vero Zoegae ad sequentem pertinet.*)

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 3. *p.* 29.

Stolze Justicie. W.

Habitat in Tranquebaria. ♄

Satis distincta a sequente: foliis *ellipticis utrinque angustatis, apice emarginatis plerumque glabris*; racemo *composito elongato terminali*; floribus *secundis; foliolis floralibus subrotundis mucronatis*, calycibus *exterioribus quadripartitis flores binos includentibus*. Vahl. symbol. 1.

*2. JVSTICIA *Forskaelei*.

J. thyrsis axillaribus terminalibusque, foliis ovatis acuminatis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 13.

Digitized by Google

Juſticia (*Forſkaelei*) fruticoſa, foliis ovatis acuminatis, thyrſis axillaribus terminalibusque, calycibus duplicatis unifloris. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 2. *

Juſticia (*paniculata*) paniculis axillaribus, petiolo longioribus, foliis ovato-lanceolatis. *Forſk. Deſc. p.* 4. *n.* 9. Arabiſche Juſticie. W.

Habitat in Arabia felici et India. ♄ (v. ſ.)

5. JVSTICIA *purpurea.*

J. ſpicis axillaribus terminalibusque, bracteis lanceolatis glabris, ramis pubeſcentibus. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 13.

Juſticia (*purpurea*) foliis ovatis utrinque mucronatis integerrimis glabris, caule geniculato, ſpicis ſecundis. *Sp. pl.* 23. *Oſb. it.* 230.

Bungum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 52. *t.* 22. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 97.

Purpurfarbene Juſticie. W.

Habitat in China.

Caulis *herbaceus, brachiatus.* Folia *lato-ovata apice et baſi mucronata glabra petiolata integerrima.* Articuli *caulis et rami ſupra baſin geniculo tumido, quod ſupra anguſtius evadit, notantur.* Spicae *ad latera et apices ramorum ſecundae.* Bracteae *anguſtae lanceolatae longitudine capſularum.* Corollae *purpureae: labiis erectis; altero lineari anguſtiſſimo; altero lato trilobo.* Stamina *duo purpurea, longitudine corollae.*

4. JVSTICIA *verticillaris.*

J. villoſa, floribus axillaribus verticillatis, calycibus exterioribus muticis, foliis ovatis. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 13.

Juſticia (*verticillaris*) villoſa, foliis ovatis integris, floribus axillaribus verticillatis ſeſſilibus. *Lin. ſuppl.* 85. Wirtelblütige Juſticie. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei.

*5. JVSTICIA *ariſtata.*

J. villoſa floribus axillaribus verticillatis, calycibus exterioribus ariſtatis, foliis ovatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 2. *

Borſtige Juſticie. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei.

6. JVSTICIA *chinenſis.*

J. pedunculis axillaribus verticillatis trifidis, bracteis ovatis mucronatis baſi coloratis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 13.

Juſticia (*chinenſis*) herbacea, foliis ovatis, floribus lateralibus, pedunculis trifloris, bracteis ovalibus. *Sp. pl.* 22. *Burm. ind.* 8. *t.* 4. *f.* 1. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 4.

Digitized by Google

Juſticia ſexangularis. *Forſk. deſcr. p. 5. n. 13.*
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt 5. p. 92.
Chineſiſche Juſticie. W.
Habitat in China *et* Arabia felici *locis aquoſis.*
Caules *angulati pedales inferne ramoſi.* Folia *oppoſita petiolata ovata acuminata obtuſiuscula, vix crenata.* Pedunculi *ex alis duo ſ. tres, ſinguli breves apice triflori, involucro diphyllo ſetaceo nudo;* bracteis *ovatis obtuſis longitudine floris.*
An Antherae binae? Vahl. l. c.

*7. JVSTICIA *triflora.*
J. pedunculis axillaribus elongatis trifloris, bracteis lineari-lanceolatis. *Vahl. ſymbol. 2. p. 13.*
Juſticia (*triflora*) foliis ovatis, pedunculis axillaribus elongatis ſubtrifloris, bracteis lineari-lanceolatis. *Vahl. ſymbol. 1. p. 3* *
Juſticia (*triflora*) pedunculis axillaribus foliis longioribus, apice trifloris. *Forſk. deſcr. 4. n. 10.*
Dreyblütige Juſticie. W.
Habitat in montibus Arabiae felicis.

*8. JVSTICIA *ſerpens.*
J. floribus axillaribus ſolitariis, caule repente. *Vahl. ſymbol. 2. p. 2.* *
Kriechende Juſticie. W.
Habitat in inſula St. Mauritii.
Variat foliis rotundioribus. Vahl. l. c.

** *Calyce duplici, Diantherae.*

*9. JVSTICIA *ſulcata.*
J. ſpicis terminalibus, floribus verticillatis, foliis ovato-cordatis. *Vahl. ſymbol. 2. p. 13.*
Dianthera (*ſulcata*) caule herbaceo ſulcato, foliis cordato-ovatis, ſpicis terminalibus, anthera inferiore ariſtata. *Vahl. ſymbol. 1. p. 4.* *
Gefurchte Juſticie. W.
Habitat in Arabia felici.
Perianthium *exterius quadripartitum.* Vahl. l. c.

10. JVSTICIA *bicalyculata.*
J. paniculis axillaribus dichotomis. *Vahl. ſymbol. 2. p. 13.*
Juſticia (*ligulata*) herbacea bracteata; foliis ovatis petiolatis, floribus paniculatis bicalyculatis, ligula dorſali erecta majuſcula. *Lamarck. encyclop. 1. p. 625.*
Juſticia (*ligulata*) foliis ovatis acutis: floribus paniculatis bicalyculatis, lacinia dorſali majore. *Cavan. icon. 1. p. 52. t. 71.* *

Dianthera (*malabarica*) floribus paniculatis, pedicellis bi. f. trifidis, floribus bicalyculatis: lacinia dorfali majore. *Lin. ſuppl.* 85. (*excluſo ſynonymo Rheedii et deſcriptione caulis.*)

Dianthera (*bicalyculata*) floribus paniculatis bicalyculatis, paniculis dichotomis. *Retz. Act. holm.* 1775. *p.* 297. *t.* 9. *Retz. Obſ. bot. faſc.* 1. *p.* 10.

Dianthera (*paniculata*) paniculis axillaribus trichotomis. *Forſk. deſcr.* 1. *n.* 9.

Juſticia (*malabarica*) herbacea, corollis bilabiatis diviſis, foliis ovatis acuminatis, paniculis axillaribus, bractea extima lineari duplo longiore, antheris divaricatis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 27.

Malabariſche Juſticie. W.

Habitat in graminoſis Malabariae, et Arabiae felicis. ☉ (v. v.)

11. JVSTICIA *bivalvis.*

J. pedunculis axillaribus trifidis, pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis ariſtatis nervoſis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 13.

Juſticia (*bivalvis*) fruticoſa, foliis ovato-lanceolatis, pedunculis ſubtrifidis, pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 3. *

Juſticia (*bivalvis*) foliis lanceolato-ovatis, pedunculis ſexfloris, pedicellis lateralibus bifloris, bracteis ovatis parallelis. *Sp. pl.* 23.

Juſticia foetida. *Forſk. deſcr.* 1. *p.* 5. *n.* 12.

Folium tinctorium. *Rumph. amb.* 6. *p.* 51. *t.* 22. *f.* 1.

Adel-odagam. *Rheed. mal.* 9. *p.* 81. *t.* 43?

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 97.

Stinkende Juſticie. W.

Habitat in Arabia *et* India. ♄

Caulis *brachiatus.* Folia *oppoſita integerrima.* Pedunculi *breves, terminati involucro diphyllo ſetaceo, pedunculisque* 4 *parvis parallelis: mediis duobus unifloris, lateralibus vero iterum ſimiliter diphyllis bifloris.* Calyces *omnes inter bracteas duas ovatas ſe ipſis majores.* Corollae *labium ſuperius lanceolatum; inferius ovatum.* Stamina 2 *longitudine corollae.*

Rheedii *planta foliis ſerratis et flore albo differt, eandem tamen ſeparare nequeo.*

*12 JVSTICIA *falcata.*

J. floribus axillaribus ſubſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis. W.

Digitized by Google

Juſticia (*falcata*) dianthera fruticoſa, foliis ovato-lanceolatis petiolatis, floribus bicalyculatis, labio ſuperiore corollae longiſſimo. *Lamarck. encyclop. 1. p. 622.*
Sichelförmige Juſticie. W.
Habitat in inſula Mauritii. ♄
Rami *lignoſi cylindrici glabri folioſi.* Folia *oppoſita ovata acuta, vel ovato-lanceolata, ſubtus venoſa, petiolata, exſiccatione nigricantia.* Flores *axillares, breviſſime pedunculati.* Calyx *duplex, exterior diphyllus, foliolis oppoſitis inaequalibus.* Corollae *labium ſuperius longiſſimum, falcatum.* Stamina 2 *ſub labio ſuperiore.* Antherae *biloculares, loculis parum diſtantibus.* Lamarck. l. c.
J. ſerpens *huic valde affinis videtur.* W.
*** *Calyce ſimplici, corollis bilabiatis; labiis indiviſis.*

13. JVSTICIA *ſexangularis.*

J. pedunculis trifloris, bracteis cuneiformibus, foliis ovatis. *Vahl. ſymbol. 1. p. 13.*
Juſticia (*ſexangularis*) foliis ovatis integerrimis, bracteis cuneiformibus, ramis ſexangularibus. *Sp. pl. 23.*
J. caule erecto ramoſo ſexangulari, foliis ovatis oppoſitis, bracteis cuneiformibus confertis. *Mill. dict. n. 2.*
J. annua ſexangulari caule, foliis Circaeae conjugatis, flore miniato. *Amm. herb. 274. Hort. cliff. 10.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 93.
Sechseckige Juſticie. W.
Habitat in Vera cruce, Jamaica. ⊙

14. JVSTICIA *ſcorpioides.*

J. ſpicis axillaribus recurvatis, foliis lanceolato-ovatis hirſutis ſeſſilibus. *Vahl. ſymbol. 2. p. 3.* *
Juſticia (*ſcorpioides*) fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis hirſutis ſeſſilibus, ſpicis recurvatis. *Sp. plant. 21.*
J. foliis oblongo-ovatis hirſutis ſeſſilibus, floribus ſpicatis alaribus, caule fruticoſo. *Mill. dict. n. 1.*
Juſticia. *Banks Reliq. Houſt. p. 3. t. 1.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. p. 25.
Scorpionartige Juſticie. W.
Habitat in Vera cruce. ♄

15. JVSTICIA *gangetica.*

J. racemis terminalibus axillaribusque ſimplicibus, floribus alternis ſecundis, bracteis obſoletis. W.

Digitized by Google

Juſticia (*gangetica*) foliis ovatis, racemis ſimplicibus longis, floribus alternis ſecundis, bracteis obſoletis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 299. *Burm. ind.* 9. *tab.* 4. *fig.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 98.
Ganges-Juſticie. W.
Habitat in India.

16 JVSTICIA *aſſurgens.*

J. ſpicis axillaribus terminalibusque ramoſis, floribus alternis bracteis linearibus. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 13.
Juſticia (*aſſurgens*) foliis ovatis integerrimis, bracteis ſubulatis, ramis hexagonis. *Amoen. acad.* 5. *p.* 391.
J. herbacea aſſurgens, ad alas alternas nodos et ſummitates florida. *Brown. jam.* 110. *t.* 2. *f.* 1.
Flori cardinalis ſive Rapuntio affinis anomala, caule quadrato, flore coccineo, capſula pyramidata. *Sloan. cat.* 59. *hiſt.* 139.
Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 96.
Aufſteigende Juſticie. W.
Habitat in Jamaica *et in inſula* St. Crucis. (v. ſ.)

**** *Calyce ſimplici, corollis bilabiatis; labiis diviſis, Monantherae.*

17. JVSTICIA *acaulis.*

J. acaulis, foliis crenatis, venis ſubtus villoſis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 3.
Juſticia (*acaulis*) acaulis. *Lin. ſuppl.* 84. *Retz. obſ. faſc.* 4. *p.* 7.
Plantaginis facie Indiae orientalis Nella-Carumbee Malabarorum. *Pluk. amalth.* 175. *t.* 458. *f.* 1.
β. foliis lyrato-pinnatifidis, venis glabris. *Vahl. l. c.*
Stengelloſe Juſticie. W.
Habitat in Tranquebaria. 2 (v. ſ.)
Radix *perennis pubescens.* Folia *radicalia ovalia crenulata nuda palmaria.* Scapi *ſimpliciſſimi, foliis duplo longiores, imbricati ſquamis minutis adpreſſis acutis.* Spica *oblonga.*
An β. *ſpecies diverſa? Aliam in herbario* Ill. Banks *vidi foliis integerrimis utrinque glabris ex America ſeptentrionali.* Vahl. l. c.
Folia ſaepius lyrata, alia tamen in eadem planta integra. Retz. l. c.

*18. JVSTICIA *hiſpida.* W.

J. pedunculis terminalibus multifloris, calycinis foliolis et bracteis lineari-ſubulatis ciliatis, foliis oblongo-lanceolatis, ramis hiſpido-pubescentibus. W.

Digitized by Google

Büſchelblütige Juſticie. W.

Habitat in Sierra Leona. ♄ (v. ſ.)

Rami *ſubteretes, juniores pubescentes.* Folia *oppoſita ſubſeſſilia oblongo-lanceolata acuta integerrima, ſuperne nitida, coſta media hiſpido-pubescens, inferne venis hiſpido-pubescentibus.* Flores *in corymbo brevi terminali.* Calycis *foliola lineari-ſubulata longiſſima, longitudine dimidii tubi ciliata.* Corolla *alba fere ut in* J. Ecbolio. W.

19. JVSTICIA *Ecbolium.*

J. ſpicis terminalibus tetragonis, bracteis ovatis imbricatis ciliatis mucronatis, corollarum galea lineari reflexa *Vahl. ſymbol. 2. p. 14.*

Juſticia (*Ecbolium*) fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis, ſpicis tetragonis, bracteis ovatis ciliatis, corollarum galea reflexa. *Fl. zeyl. 17.* * *Fabr. helmſt. 217.* * *Mill. dict. n. 8. Vahl. ſymbol. 1. p. 2.*

Juſticia (*Ecbolium*) fruticoſa, corollis bilabiatis: labio ſuperiore lineari, ſpicarum bracteis ovalibus cuſpidatis ciliatis, antheris parallelis. *Aiton. Kew. 1. p. 26.*

Juſticia (*viridis*) foliis oblongis integris, ſpicis terminalibus imbricatis, bracteis ovato-acutis, galea lineari reflexa bidentata. *Forſk. deſcr. 5. n. 14.*

Adhatoda ſpica longiſſima, flore reflexo. *Burm. zeyl. 7. t. 4. f. 1.*

Carim-Curini. *Rheed. mal. 2. p. 31. t. 20. Pluk. alm. 126. t. 171. f. 4.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. p. 24.

Grünblühende Juſticie. W.

Habitat in Arabia, Malabaria, Zeylona. ♄ (v. v.)

Caulis *fruticoſus teretiusculus compreſſus articulatus.* Folia *petiolata glabra acuminata integerrima.* Spica *terminalis ſtrobiliformis tetragona, bracteis ovatis patulis erectis imbricatis ſubciliatis.* Corollae *tubus filiformis incurvus bractea longior*, limbus *caeruleſcens*, labio ſuperiore *lineari anguſtiſſimo refracto, apice biſido*, labio inferiore *triſido, media latiore.* Anthera *ad refracturam labii ſuperioris.*

*20. JVSTICIA *tetragona.*

J. ſpicis terminalibus tetragonis, bracteis ovatis quadrifariam imbricatis carinatis ciliatis, foliis crenatis glabris. *Vahl. ſymbol. 3. p. 5.* *

Viereckige Juſticie. W.

Habitat in Cajenna. ♄

Digitized by Google

*21. JVSTICIA *coccinea.*

J. ſpicis terminalibus, foliis bracteisque ellipticis margine nudis, corollarum galea lanceolata apice reflexa. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 6.

Juſticia (*coccinea*) fruticoſa, corollis bilabiatis; labio ſuperiore indiviſo, foliis bracteisque ſpicarum ellipticis acuminatis, antheris parallelis. *Aiton Kewenſ.* 1. *p.* 26. *Smith. icon. pictae, faſc.* 2. *p.* 8. *tab.* 8. *

Juſticia (*coccinea*) floribus amplis ſpicatis, foliis ovato-oblongis acutis. *Aubl. guian.* 1. *p.* 10. *tab.* 3.

Scharlachrothe Juſticie. W.

Habitat in Cajenna *ad ripas rivulorum.* ♄ (v. v. ſ. fl.)

22. JVSTICIA *pulcherrima.*

J. ſpicis terminalibus axillaribusque, bracteis ovatis imbricatis ciliatis muticis, corollarum galea lanceolata (bifida W.) erecta. *Vahl. ſymb.* 2. *p.* 14.

Juſticia *(pulcherrima)* fruticoſa, foliis ovatis utrinque acuminatis petiolatis, ſpicis terminalibus tetragonis erectis, bracteis ovatis. *Linn. ſuppl.* 84. *Jacq. amer. p.* 6. *t.* 2. *f.* 4 *Coll.* 3. *p.* 252. * *Icon. rar.*

Schönſte Juſticie. W.

Habitat in America *calidiore.* ♄

Planta Linnaei *eſt diandra,* Jacquinii *vero tetrandra.* W.

23. JVSTICIA *carthaginenſis.*

J. ſpicis axillaribus terminalibusque, bracteis oblongis imbricatis ciliatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 14.

Juſticia *(carthaginenſis)* foliis lanceolato-ovalibus, floribus ſpicatis, bracteis oblongo-cuneatis. *Sp. pl.* 1663. *Jacq. amer.* 11. *t.* 5. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 94.

Carthageniſche Juſticie. W.

Habitat in Carthagena, Martinica. (v. ſ.)

*24. JVSTICIA *hirſuta.*

J. ſpicis axillaribus terminalibusque tetragonis, bracteis ovatis imbricatis hirſutis, foliis dentatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 3. *

Haarige Juſticie. W.

Habitat in Java.

*25. JVSTICIA *ſphaeroſperma.*

J. ſpicis axillaribus oppoſitis utrinque geminis, bracteis linearibus elongatis, ſeminibus globoſis nitidis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 3. *

Digitized by Google

Rundſaamige Juſticie. W.
Habitat in Caribaeis.

26. JVSTICIA *Gendarussa.*

J. ſpicis terminalibus foliosis, floribus verticillatis, foliis lanceolatis elongatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 14.
Juſticia (*Gandarussa*) fruticoſa glabra, foliis lanceolatis elongatis, ſpicis verticillatis. *Lin. ſuppl.* 85.
Juſticia (*Gendarussa*) fruticoſa, foliis lanceolatis integerrimis, ſpicis terminalibus ſimplicibus. *Burm. ind.* *p.* 10.
Rapunculus galeatus ſalicis glabro folio Biſnargicus floribus aurantiis. *Pluk. alm.* 316. *t.* 55. *f.* 3.
Gendaruſſa ſoſa. *Rumph. amb.* 4. *p.* 70. *t.* 28. *et p.* 72. *t.* 29.
Vada Kodi. *Rheed. mal.* 9. *p.* 79. *t.* 42.
Weidenblättrige Juſticie. W.
Habitat in Zeylona, Java, Malabaria. ♄ (v. ſ.)

27. JVSTICIA *procumbens.*

J. ſpicis axillaribus terminalibusque, calycibus tetraphyllis ciliatis, bracteis longitudine calycis, foliis lanceolatis. W.
Juſticia (*procumbens*) foliis lanceolatis integerrimis, ſpicis terminalibus lateralibusque alternis, bracteis ſetaceis, caule procumbente. *Flor. zeyl.* 19.
Euphraſiae alſines anguſtiore folio, rubiae modo ſpicata golcondea. *Pluk. alm.* 142. *t.* 56. *f.* 2.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 90.
Liegende Juſticie. W.
Habitat in Zeylona. 24 (v. ſ.)

*28. JVSTICIA *diffusa.* W.

J. ſpicis axillaribus terminalibusque, calycibus tetraphyllis glabris, bracteis calyce brevioribus, foliis ellipticis. W.
Euphraſia ſinica parietariae foliis rubiae modo ſpicatis. *Pluk. alm.* 83 *t.* 392. *f.* 4.
Ausgebreitete Juſticie. W.
Habitat in India. 24 (v. ſ.)
Clariſſ. Vahl. ſymbol. 2. p. 14. *hanc cum precedente conjunxit, ſed mihi bracteis, calyce et foliis diverſa videtur.* W.

29. JVSTICIA *echioides.*

J. ſpicis axillaribus oppoſitis ſecundis adſcendentibus linearibus hirtis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 14.

Digitized by Google

Juſticia (*echioides*) foliis lanceolato-linearibus obtuſis ſeſſilibus, racemis adſcendenti-ſecundis, bracteis ſetaceis. *Fl. zeyl.* 21.

Euphraſiae affinis indica echioides. *Herm. lugdb.* 668. *t.* 669.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 92.

Natterkopfartige Juſticie. W.

Habitat in Malabariae, Zeylonae *ſubhumidis.* 4 (v.ſ.)

*30. JVSTICIA *longifolia.*

J. ſpicis axillaribus geminis oppoſitis ſecundis, foliis lanceolatis elongatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 4. *

Langblättrige Juſticie. W.

Habitat in inſula Mahé.

*31. JVSTICIA *latifolia.*

J. ſpicis terminalibus ſubramoſis, floribus inferioribus verticillatis, foliis ovatis acuminatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 4. *

Breitblättrige Juſticie. W.

Habitat in India orientali. ♄

32. JVSTICIA *picta.*

J. racemis axillaribus terminalibusque, floribus verticillatis, foliis ovatis pictis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 14.

Juſticia (*picta*) fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis pictis, corollis fauce inflatis. *Sp. pl.* 21.

Folium bracteatum. *Rumph. amb.* 4. *p.* 73 *t.* 30.

Tſiude-maram. *Rheed. mal.* 6. *t.* 60.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 26.

Bunte Juſticie. W.

Habitat in Aſia. ♄

Caulis *ſtriatus.* Foliorum *diſcus macula lucida.* Calyx *minimus, quinquedentatus.* Corolla *ringens fauce inflata:* labium ſuperius *incurvum emarginatum:* labium inferius *patens trifidum aequale.* Stamina 2 *ſub labio* ſuperiore.

*33. JVSTICIA *nitida.*

J. racemis terminalibus ſubramoſis, floribus ſubverticillatis, foliis lanceolato-ellipticis utrinque attenuatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 5. *

Juſticia (*nitida*) fruticoſa, foliis ellipticis acuminatis, racemis ſpicaeformibus verticillatis, bracteis minutis, pedicellis calycibusque glabris (antheris parallelis). *Swartz. prod.* 13.

Digitized by Google

Juſticia (*nitida*) dianthera, foliis lanceolato-acuminatis, floribus ſubſpicatis, bracteis ſetaceis, caule nitido. *Jacq. amer. p.* 5. *

Glänzende Juſticie. W.

Habitat ad ripas torrentum inſularum Martinicae, St. Crucis, Guadeloupae. ♄

Habitus J. variegatae Aubl. guj. t. 4. *quae differt*: foliis *ſeſſilibus*, floribus *ſpicatis*, pedunculis calycibusque *hirtis*. Filamenta *ſterilia in fundo tubi* a Jacquinio *viſa non inveni*. Vahl. l. c.

*34. JVSTICIA *variegata*.

J. ſpicis terminalibus axillaribusque ſimplicibus, floribus oppoſitis, calycibus hiſpidis, foliis ovatis ſeſſilibus. W.

Juſticia (*variegata*) foliis ovatis, floribus ſpicatis. *Aubl. guj.* 1. *p.* 12. *t.* 4. *

Schäckige Juſticie. W.

Habitat in Guianae *ſylvis*. ♄

*35. JVSTICIA *ſtricta*.

J. racemis axillaribus bipartitis, floribus ſecundis, foliis lanceolato-ellipticis, filamentis glabris. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 6. *

Steife Juſticie. W.

Habitat in Malabaria.

A ſequente ad quam habitu accedit, differt: caule *triplo craſſiore longitudinaliter ſulco exarato*, foliis *latioribus longe petiolatis*, pedunculis *foliis triplo brevioribus ſemel biſidis, nec ramis ramuloſis*, floribus *oppoſitis*, calycibus *longioribus*, *baſi* bracteis *et* filamentis *glabris*. Vahl. l. c.

*36. JVSTICIA *paniculata*.

J. paniculis axillaribus terminalibusque dichotomis, floribus ſecundis, filamentis hirſutis, capſulis compreſſis foliis lanceolatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 5. *

Juſticia (*paniculata*) diffuſa, panicula axillari, foliis ſeſſilibus lanceolatis. *Burm. ind. p.* 9.

Cara Caniram. *Rheed. mal.* 9. *p.* 109. *tab.* 56.

Riſpenblütige Juſticie. W.

Habitat in India orientali.

Differt ab omnibus mihi notis, capſulis *plano-compreſſis undique ejusdem latitudinis nec baſi anguſtatis*. Vahl. l. c.

*37. JVSTICIA *nutans*.

J. racemis terminalibus, apice nutantibus, floribus reſupinatis, foliis dentatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 6. *

Digitized by Google

Iuſticia (*nutans*) herbacea, foliis lanceolatis denticulatis, pedunculis terminalibus cernuis, bracteis ſetaceis. *Burm. ind.* 10. *tab.* 5. *fig.* 1.
Hängende Juſticie. W.
Habitat in Java.

38. JVSTICIA *naſuta.*

J. pedunculis axillaribus dichotomis, foliis ellipticis integerrimis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 15.
Juſticia (*naſuta*) foliis lanceolato-ovatis integerrimis, pedunculis dichotomis. *Sp. pl.* 23.
Pulcolli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 135. *t.* 69.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 96.
Schnabelförmige Juſticie. W.
Habitat in India. ♄ (v. v.)
Rami *obſolete angulati.* Folia *lato-lanceolata ſ. lanceolato-ovata, obtuſe acuminata, integerrima, minus glabra.* Pedunculi *dichotomi longitudine foliorum.* Flores *carnei ſeſſiles, bracteis minimis lineatis.* Calyces *minimi.* Corollae *tubus filiformis longus.* Limbi *labium ſuperius lineare anguſtum brevius reflexum.* Labium inferius *aequale triſidum.* Stamina *extra fauces prominentia.* Stylus *capillaris perſiſtens.*

*39. JVSTICIA *ſcandens.*

J. pedunculis axillaribus trichotomis divaricatis, foliis ovatis acuminatis ſubrepandis, ramis villoſis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 7. *
Kletternde Juſticie. W.
Habitat in Malabaria. ♄
Variat ramis venisque foliorum minus villoſis, affinis J. naſutae. Vahl. l. c.

40. JVSTICIA *ciliaris.*

J. floribus axillaribus oppoſitis, foliis lanceolatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 15.
Juſticia (*ciliaris*) herbacea, foliis lanceolatis, floribus oppoſitis ſeſſilibus, bracteis calycibusque ſetaceis hiſpidis flore longioribus. *Lin. ſuppl.* 84.
Juſticia (*ciliaris*) herbacea hirta, corollis bilabiatis diviſis, foliis lanceolatis obtuſiusculis, floribus axillaribus ſpicisque foliоſis, antheris parallelis appendiculatis. *Aiton. Kewenſ.* 1. *p.* 27.
Juſticia ciliata. *Jacq. hort.* 2. *p.* 47. *t.* 104.
Gefranzte Juſticie. W.
Habitat — — — — ⊙ (v. v.)

Digitized by Google

Caulis *herbaceus erectus pilosus.* Folia *lanceolata obtusiuscula petiolata integerrima subpilosa, suprema confertiora.* Flores *axillares ramorum, sessiles oppositi.* Bracteae *binae oppositae calyce longiores, erectae setaceae, uti calyx piloso-hispidae.* Calyx *quinquepartitus setaceus, setis piloso-hispidis.*

***** *Calyce simplici, corollis bilabiatis, labiis divisis, Diantherae.*

*41. JVSTICIA *secunda.*

J. racemis terminalibus compositis, racemulis secundis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 7. *

Einseitigblühende Justicie. W.

Habitat in insula Trinitatis.

*42. JVSTICIA *debilis.*

J. spicis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis imbricatis ciliatis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 15.

Dianthera (*debilis*) caule fruticoso, spicis solitariis imbricatis axillaribus terminalibusque, bracteis ovatis ciliatis. *Vahl. symbol.* 1. *p.* 5. *

Dianthera (*debilis*) foliis oblongis, spicis axillaribus imbricatis, bracteis late-ovatis ciliatis. *Forsk. descript.* 9. *n.* 23.

Schwache Justicie. W.

Habitat in Arabia felici. ♄

*43. JVSTICIA *violacea.*

J. spicis terminalibus, bracteis lanceolatis imbricatis ciliatis, foliis lanceolatis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 15.

Dianthera (*violacea*) caule fruticoso, spicis terminalibus imbricatis, bracteis lanceolatis ciliatis, floribus bicalyculatis. *Vahl. symbol.* 1. *p.* 6. *

Violette Justicie. W.

Habitat in Arabia felice. ♄

Calyx *exterior potius bracteae dicendus.* Vahl. symbol. 2. l. c.

*44. JVSTICIA *bracteolata.*

J. racemo terminali, pedunculis trifloris, foliis utrinque attenuatis oblongis, caule tetragono, margine scabro. W.

Justicia bracteolata. *Jacq. coll.* 3. *p.* 253. * *Icon. rar.*

Mennigrothe Justicie. W.

Habitat ad Carracas *in* America. ♄

Digitized by Google

*45. JVSTICIA *Rohrii.*

J. ſpicis terminalibus compoſitis imbricatis pubeſcentibus, bracteis ovatis, foliis ellipticis integerrimis. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 6. *

Cajenniſche Juſticie. W.

Habitat in Cajenna.

*46. JVSTICIA *polyſtachia.*

J. ſpicis axillaribus oppoſitis ſecundis, bracteis ovatis hirſutis, foliis lanceolato-ovatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 7. *tab.* 26. *

Vielährige Juſticie. W.

Habitat in Cajenna.

*47. JVSTICIA *retuſa.*

J. ſpicis terminalibus, bracteis obovatis ſubretuſis imbricatis, foliis ovatis acuminatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 8. *

Ausgerandete Juſticie. W.

Habitat in inſula St. Crucis.

*48. JVSTITIA *flava.*

J. ſpicis terminalibus, floribus geminis, bracteis lanceolatis obtuſis, foliis lanceolato-oblongis. *Vahl ſymbol.* 2. *p.* 15.

Dianthera (*flava*) ſuffruticoſa, foliis elliptico-lanceolatis, ſpicis terminalibus, antheris inferioribus ariſtatis. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 5. *

Dianthera (*americana α flava*) ſpicis terminalibus imbricatis, bracteis lanceolatis, foliis ſcabriuſculis, floribus flavis, labio inferiore latiore, anthera inferiore caudata. *Forſk. deſcr.* 9. *n.* 24.

Gelbe Juſticie. W.

Habitat in Arabia felici. ♄

49. JVSTICIA *americana.*

J. ſpicis axillaribus, floribus confertis, pedunculis elongatis alternis, foliis lanceolatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 15.

Dianthera (*americana*) ſpicis ſolitariis alternis. *Gron. virg.* 6. * *Mill. dict. n.* 1.

Gratiolae affinis floridana, foliis floribus et capſulis in ſpica brevi, pediculis e foliorum alis innixis. *Pluk. alm.* 114. *t.* 423 *f.* 5.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 99.

Amerikaniſche Juſticie. W.

Habitat in Virginia, Florida. ♄

Caulis *ſimpliciſſimus.* Folia *linearia.* Pedunculi *alterni longitudine foliorum.* Spicae *ovatae.*

Digitized by Google

*50. JVSTICIA *punctata.*

J. ſpicis terminalibus, floribus remotis ſubverticillatis, bracteis lanceolatis acuminatis, foliis lanceolato-ovatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 15.

Dianthera (*punctata*) caule herbaceo, ſpicis terminalibus, foliis lanceolato-ovatis acuminatis, antheris muticis. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 4. *

Dianthera (*americana* β *alba*) flore et antheris albis: labio inferiore in fauce violaceo-punctata, verticillis remotis ſpicatis, bracteis lanceolatis calyce duplo brevioribus. *Forſk. deſcr.* 9. *n.* 25.

Punctirte Juſticie. W.

Habitat in Arabia felice.

A. J. ſulcata et flava *differt*, bracteis *omnibus calyce brevioribus*, calyce *ſimplici*, flore *albo violaceo punctato*, antheris *muticis*. Vahl. l. c.

*51. JVSTICIA *euſtachiana.*

J. ſpicis axillaribus terminalibusque, floribus inferne geminis, ſuperne ſolitariis, bracteis cuneatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 15.

Juſticia (*euſtachiana*) dianthera; foliis lanceolato-oblongis; pedunculis multifloris; bracteis linearibus apice latiuſculis acuminatis. *Jacq. amer. p.* 4. *tab.* 4. *

Euſtachiſche Juſticie. W.

Habitat in inſula St. Euſtachii. ♄

Flores *ſaepe gemini vel* 3 *intra involucrum* 6-*phyllum*: foliis 2 *exterioribus majoribus extrorſum dilatatis mucronatis, altero parum breviore*, 4 *reliquis aequalibus ſubulatis*. Vahl. l. c.

*52. JVSTICIA *caracaſana.*

J. ſpicis axillaribus terminalibusque, bracteis acuminatis calyce brevioribus, foliis ovatis acuminatis undulatis pubescentibus. W.

Juſticia caracaſana. *Jacq. Collect.* 4. *p.* 116. * *Icon. rar.*

Caracaſaniſche Juſticie. W.

Habitat ad Caracas *in* America. ♄

Bracteae *tres calyce triplo breviores ad baſin cujusque floris*. W.

*53. JVSTICIA *pectoralis.*

J. panicula terminali dichotoma. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 15.

Juſticia (*pectoralis*) herbacea, corollis bilabiatis; labio ſuperiore indiviſo, foliis lanceolatis petiolatis, ſpicis

Digitized by Google

paniculatis, bracteis minutis, antheris binis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 27.

Juſticia (*pectoralis*) caule herbaceo adſcendente, foliis lanceolato-linearibus ſubpaniculatis. *Swartz. prod.* 13.

Juſticia (*pectoralis*) dianthera, herbacea, panicula dichotoma. *Jacq. amer.* 3. *tab.* 3. *

Dianthera foliis lanceolatis, floribus ſpicatis, calycibus duplicatis. *Brown. jam.* 118. *n.* 3.

Bruſt Juſticie. W.

Habitat in Domingo, Martinica. 4

54. JVSTICIA *comata.*

J. ſpicis terminalibus filiformibus, ſpiculis verticillatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 15.

Juſticia (*comata*) foliis lanceolatis acutis ſubſeſſilibus, ſpicis filiformibus verticillatis umbellatisque. *Swartz obſ.* 14. *

Dianthera (*comata*) ſpicis filiformibus verticillatis, inferioribus umbellatis. *Sp. plant.* 24.

Dianthera foliis lanceolato-ovatis, racemo ſpatioſo aſſurgente, ſpicillis verticillatis. *Brown jam.* 118.

Antirrhinum minus anguſtifolium, flore dilute coeruleo. *Sloan. jam.* 49. *hiſt.* 1. *p.* 160. *t.* 103. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 100.

Schopfblütige Juſticie. W.

Habitat in aquoſis et humidis Jamaicae. 4

*55. JVSTICIA *undulata.*

J. pedunculis terminalibus umbellatis ſimplicibus triſidisque, foliis lanceolatis undulatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 8. *

Dianthera (*hyſſopifolia*) floribus terminalibus pedunculatis, foliis lanceolatis ſcabris. *Burm. ind.* 11. *tab.* 5. *f.* 1. *

Wellenförmige Juſticie. W.

Habitat in Java, Malabaria.

*56. JVSTICIA *frondoſa.*

J. umbellis axillaribus compoſitis pedunculatis, pedunculis elongatis, bracteis obovatis rhombeis obtuſis glabris. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 8. *

Dianthera (*clavata*) panicula ſubumbellata compoſita, pedunculis apice dilatatis. *Forſt. prod. n.* 15?

Blattreiche Juſticie. W.

Habitat in inſula Otaheite.

Digitized by Google

*57. JVSTICIA *pubescens.*

J. pedunculis axillaribus oppositis quadrifloris pedicellatis, bracteis ovato-subrotundis mucronatis pubescentibus. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 9. *

Dianthera (*caerulea*) umbella fasciculata sessili simplicissima. *Forst. prod. n.* 24?

Weichhaarige Justicie. W.

Habitat in Botanices *insula prope* Novam Caledoniam. ♄

*58. JVSTICIA *laevigata.*

J. pedunculis axillaribus oppositis trifloris pedicellatis, bracteis oblongis mucronatis pubescentibus. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 9. *

Glatte Justicie. W.

Habitat in Java. ♄

Valde affinis praecedentibus. Vahl. l. c.

*59. JVSTICIA *cuspidata.*

J. pedunculis axillaribus verticillatis subtrifloris pedicellatis, bracteis cuneatis aristatis, antheris geminis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 9.

Dianthera verticillata. *Forst. descr.* 9. *n.* 22.

Zugespitzte Justicie. W.

Habitat in Arabia felici.

Similis Justiciae chinensi *ut fere mera varietas: differt modo figura bractearum et numero antherarum.* Vahl. l. c.

*60. JVSTICIA *lithospermifolia.*

J. pedunculis axillaribus verticillatis unifloris, bracteis lineari-lanceolatis, foliis oblongis scabris. W.

J. lithospermifolia. *Jacq. hort. Schoenbrun. ined.*

Steinsaamenblättrige Justicie.

Habitat — — — — ♃ (v. s.)

*61. JVSTICIA *biflora.*

J. pedunculis axillaribus bifloris foliis ovatis aequantibus, bracteis subulatis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 9. *

Zweyblütige Justicie. W.

Habitat in India orientali. ♄

62. JVSTICIA *sessilis.*

J. floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis ovatis crenatis. W.

Justicia (*sessilis*) fruticosa, floribus axillaribus sessilibus. *Sp. plant.* 1663.

Justicia (*sessilis*) dianthera, floribus axillaribus sessilibus. *Jacq. amer.* 3. *tab.* 2. *fig.* 2. *

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 9.
Ungeſtielte Juſticie. W.
Habitat in inſulae St. Euſtachii *ſepibus et fruticetis.* ♄

****** *Calyce ſimplici; corollis ringentibus, Monantherae.*

63. JVSTICIA *Adhatoda.*

J. ſpicis axillaribus oppoſitis, bracteis ovatis acutis nervoſis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 16.

Juſticia (*Adhatoda*) arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis perſiſtentibus, corollarum galea concava. *Flor. zeyl.* 16. * *Hort. upſ.* 7. *Mill. dict. n.* 4.

J. arborea, corollis ringentibus, foliis ovato-lanceolatis acuminatis, bracteis ovato-ellipticis foliaceis, antheris parallelis. *Aiton. Kewenſ.* 1. *p.* 28.

J. foliis ovato-lanceolatis, ſpicis folioſis, florum galea concava. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 291.

Adhatoda Zeylonenſium. *Herm. lugdb.* 642. *t.* 643. *Pluk. alm.* 9. *t.* 173. *f.* 3.

Echolium. *Riv. mon.* 129.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 23.

Treibende Juſticie. W.

Habitat in Zeylona. ♄ (v. v.)

Variat bracteis ovato-cordatis et ovatis. Vahl. l. c.

64. JVSTICIA *Betonica.*

J. ſpicis terminalibus, bracteis ovatis acuminatis venoſo-reticulatis coloratis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 16.

Juſticia (*Betonica*) fruticoſa, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis acuminatis venoſo-reticulatis coloratis. *Flor. zeyl.* 18. *Fabr. helmſt.* 2. *p.* 217.

Betonica frutescens. *Bont. javan.* 146.

Bem-curini. *Rheed. mal.* 2. *p.* 126. *t.* 21.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 25.

Betonien Juſticie. W.

Habitat in India. ♄ (v. ſ.)

65. JVSTICIA *repens.*

J. ſpicis axillaribus terminalibusque glabris, bracteis dorſalibus bifariis margine membranaceis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 16.

Juſticia (*repens*) foliis ovatis ſubcrenatis, ſpicis terminalibus, bracteis lanceolatis, caule repente. *Fl. zeyl.* 20.*

Adhatoda ſpicata, floſculos ex foliolis membranaceis. *Burm. Zeyl.* 7. *t.* 3. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 91.

Digitized by Google

Geſtreckte Juſticie. W.
Habitat in Zeylona. 4 (v. ſ.)
Bracteae *margine utroque late membranaceae. Variat foliis lanceolatis ſeſſilibus.*

*66. JVSTICIA *ſanguinolenta.*
J. pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris alternis, foliis oblongis, caule repente. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 10. *
Blutfarbene Juſticie. W.
Habitat in umbroſis declivibus Zeylonae.
Tota planta colore ſanguineo. Vahl. l. c.

******* *Calyce ſimplici, corollis ringentibus; Diantherae.*

*67. JVSTICIA *peruviana.*
J. ſpicis axillaribus et terminalibus, foliis ovatis acutis. W.
Juſticia (*peruviana*) foliis ovatis acutis: ſpicis brevibus axillaribus et terminalibus, floribus tribracteatis. *Cavan. Icon.* 1. *p.* 17. *n.* 26. *t.* 28. *
Juſticia (*peruviana*) herbacea, foliis ovatis acutis, ſpicis brevibus axillaribus et terminalibus imbricatis, ſquamis apice ſpinuloſis. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 626.
Peruvianiſche Juſticie. W.
Habitat in Lima. 4

*68. JVSTICIA *crinita.*
J. pedunculis axillaribus alternis ſubquadrifloris pedicellatis, bracteis lanceolatis, ciliatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 16.
Juſticia (*crinita*) pedunculo axillari ſolitario ſubquadrifloro, bracteis oblongis ciliatis. *Thunb. Act. Lin. Lond.* 2. *p.* 338.
Dianthera japonica. *Thunb. jap.* 21. *tab.* 4. *
Behaarte Juſticie. W.
Habitat in Japonia. ⊙

*69. JVSTICIA *triſulca.*
J. pedunculis axillaribus ſubtrifloris, floribus ſeſſilibus, foliis oblongis obtuſis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 10. *
Dianthera triſulca. *Forſk. deſcr. p.* 7.
Dreymalgefurchte Juſticie. W.
Habitat in Arabia felici. ♄

70. JVSTICIA *hyſſopifolia.*
J. pedunculis axillaribus ſubunifloris, foliis lanceolatis obtuſis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 16.
Juſticia (*hyſſopifolia*) fruticoſa, foliis lanceolatis integerrimis, pedunculis trifloris ancipitibus, bracteis ca-

Digitized by Google

lyce brevioribus. *Spec. plant.* 21. *Mill. dict. n.* 5. *et ic. tab.* 13. *Kniph. orig. cent.* 8. *n.* 38. *Fabr. helmſt. p.* 218.

Juſticia (*hyſſopifolia*) fruticoſa, corollis ringentibus, foliis lanceolatis, bracteis calyce brevioribus, laciniis calycinis oblongis, antheris binatis appendiculatis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 28.

J. foliis lineari-lanceolatis, floribus ſaepius ſolitariis. *Hort. cliff.* 10. *Roy. lugdb.* 291.

Ecbolii indici ſ. Adhatodae cucullatis floribus aemula, hyſſopifolia planta ex inſulis fortunatis. *Pluk. alm.* 132. *t.* 280. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 33. *tab.* 18. *f.* 3.

Iſopblättrige Juſticie. W.

Habitat in Canariis. ♄. (v. v.)

*71. JVSTICIA *periplocifolia.*

J. floribus axillaribus ſolitariis ſubſeſſilibus, foliis ovatis acuminatis. W.

Juſticia periplocifolia. *Jacq. collect. ſuppl. p.* 5. *t.* 7. *f.* 2.

Schlingenblättrige Juſticie. W.

Habitat ad Carracas *in* America torrida.

Simillima J. peruvianae *inflorescentia et foliis diverſa, an varietas?*

72. JVSTICIA. *orchioides.*

J. pedunculis unifloris axillaribus, foliis lanceolatis rigidis utrinque acutis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 10. *

Juſticia (*orchioides*) fruticoſa, foliis ovatis ſeſſilibus, floribus axillaribus ſolitariis pedunculatis. *Lin. ſuppl.* 85.

Juſticia (*orchioides*) fruticoſa, corollis ringentibus, pedunculis axillaribus ſolitariis unifloris, bracteis calyce brevioribus, foliis lanceolatis ſeſſilibus, antheris binatis appendiculatis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 28.

Ginſterblättrige Juſticie. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. ♄.

*73. JVSTICIA *madurenſis.*

J. pedunculis axillaribus unifloris, foliis oblongis dentatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 17.

J. (*madurenſis*) fruticoſa, foliis ovalibus obtuſis dentatis, floribus axillaribus ſolitariis. *Burm. ind.* 9. *tab.* 4. *f.* 3.

Adhatoda madurenſis fruteſcens, ſampſanchi folio, caule argenteo. *Petiv. gazoph. t.* 2. *f.* 8.

Maduriſche Juſticie. W.

Habitat in Madura. ♄

Digitized by Google

*74. JVSTICIA *cuneata.*

J. floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis obovatis emarginatis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 10. *

Keilförmigblättrige Justicie. W.

Habitat ad Cap. b. Spei. ♄

75. JVSTICIA *tranquebarienſis.*

J. floribus axillaribus solitariis sessilibus, foliis obovatis, ramis incanis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 17.

Justicia (*tranquebarienſis*) subfruticosa, caule tereti, foliis orbiculatis, spicis terminalibus, floribus solitariis, bracteis obcordatis. *Lin. suppl.* 85.

Justicia (*parvifolia*) fruticosa, caule ramoso tereti albicante, foliis orbiculatis, floribus sessilibus axillaribus solitariis. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 620. *

Tranquebarische Justicie. W.

Habitat in Tranquebaria. ♄ (v. s.)

*76. JVSTICIA *odora.*

J. floribus axillaribus sessilibus oppositis, foliis subrotundis, ramis glabris. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 11. *

Dianthera odora. *Forsk. descr.* 8.

Wohlriechende Justicie. W.

Habitat in Arabia felici. ♄

Frutex *cortice cinereo, ramosus.* Rami *obscure tetragoni, sulcis quatuor exarati.* Folia *petiolata ovalia s. subrotunda, coriacea avenia mucronata.* Vahl. l. c.

******** *Calyce simplici, corollis subaequalibus.*

77. JVSTICIA *infundibuliformis.*

J. spicis terminalibus, foliis lanceolato-ovatis quaternis. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 17.

Justicia (*infundibuliformis*) fruticosa, foliis lanceolato-ovatis quaternis, bracteis lanceolatis ciliatis. *Sp. plant.* 21. *Burm. ind.* 7.

Manja-Kurini. *Rheed. mal.* 9. *p.* 121. *tab.* 62.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 3. *p.* 27. *t.* 18. *f.* 1.

Trichterblütige Justicie. W.

Habitat in India. ♄

Frutex *ramis teretibus.* Folia *quaterna lanceolato-ovata, integerrima glabra, longius petiolata.* Pedunculi *ad singula caulis genicula solitarii longitudine folii laeves.* Spica *oblonga distiche imbricata,* bracteis *lanceolatis ciliatis, inter quas* Bracteolae 4 *lineares.* Calyx *apice pilosus.* Corolla *speciosa alba; tubo fili-*

formi ſtamina includente, limbo magnitudine Narciſſi poetici, lobis 5 expanſis: infimo majore.

*78. JVSTICIA *ſinuata.*

J. pedunculis axillaribus trifidis, foliis linearibus ſinuato-pinnatifidis. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 11.

Juſticia *longifolia*) ſuffruticoſa, foliis linearibus ſinuatis, pedunculis axillaribus trifidis. *Forſt. prod. n.* 13.

Buchtigblättrige Juſticie. W.

Habitat in inſula Tanna. ♄

Rami *angulati cortice cinereo glabro.* Folia *petiolata tripollicaria vel ultra, glaberrima, utrinque attenuata: laciniae remotae alternae rotundatae.* Antherae *geminae parallelae.* Vahl. l. c.

*79. JVSTICIA *vincoides.*

J. pedunculis axillaribus ſubunifloris, foliis ovatis, caule inermi. W.

Juſticia (*vincoides*) fruticoſa, foliis ovatis glabris, pedunculis ſubunifloris, limbo corollarum plano quinquepartito. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 621.

Sinngrünblättrige Juſticie. W.

Habitat in Madagaſcaria. ♄

Planta *glabra lignoſa,* ramis *parum verrucoſis.* Folia *oppoſita ovata glabra, breviſſime petiolata, bipollicaria, iis Vincae ſimilia.* Flores *in axillis ſuperioribus haud numeroſis.* Pedunculi *plerumque triflori, flores vero laterales ſaepius ante evolutionem marceſcunt.* Corollae *tubus breviſſimus, limbus planus quinquepartitus.* Stamina *corolla parum breviora.* Lamarck. l. c.

80. JVSTICIA *ſpinoſa.*

J. pedunculis ſubunifloris, foliis oblongis, ſpicis axillaribus. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 17.

Juſticia (*ſpinoſa*) fruticoſa ſpicis axillaribus pedunculis lateralibus. *Sp. plant.* 1663. *Swartz obſ.* 12. *

J. ſpinoſa, foliis oblongo-ovatis emarginatis, caule fruticoſo ramoſo. *Mill. dict.* 6.

Juſticia ſpinoſa. *Jacq. amer.* 2. *tab.* 2. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 28.

Stachlichte Juſticie. W.

Habitat in America meridionali *locis calcareis maritimis.* ♄ (v. ſ.)

Folia *ſaepe plura ex eadem gemma. Variat foliis oblongis obovatis ſubrotundis emarginatis majoribus vel minoribus.* Vahl. l. c.

Digitized by Google

********* *Species, respectu calycis et corollae, indeterminatae.*

*31. JVSTICIA *repanda.*
J. fruticosa, foliis ovatis repandis: pedunculis axillaribus trifidis. *Forst. prod. n.* 12.
Ausgeschweifte Justicie. W.
Habitat in insula Tanna. ♄

*32. JVSTICIA *armata.*
J. fruticosa, aculeata, foliis oblongis emarginatis coriaceis nitidis. *Swartz. prod.* 13.
Stechende Justicie. W.
Habitat in Jamaica. ♄

*33. JVSTICIA *aciculares.*
J. fruticosa, diffusa, spinosa; spinis setaceis, floribus pedunculatis axillaribus solitariis. *Swartz prod.* 13.
Nadlichte Justicie. W.
Habitat in Jamaica. ♄

*34. JVSTICIA *parviflora.*
J. diffusa, foliis ovatis integris, spicis secundis, bracteis lanceolatis anterioribus alatis. *Retz. obs. fasc.* 5. *p.* 9. *
Kleinblütige Justicie. W.
Habitat in Calcutta. 4

*35. JVSTICIA *nemorosa.*
J. caule herbaceo tetragono erectiusculo, foliis ovato-lanceolatis, spicis ovatis. *Swartz. prod.* 14.
Wald Justicie. W.
Habitat in Jamaica, Hispaniola. 4

*36. JVSTICIA *japonica.*
J. herbacea, foliis ovatis serratis, spicis terminalibus, bracteis setaceis, caule patulo. *Thunb. jap. p.* 20. *
Japanische Justicie. W.
Habitat in Japonia.

*37. JVSTICIA *lancea.*
J. floribus verticillato-aggregatis, foliis integris lanceolatis. *Thunb. Act. Soc. Lin. Lond.* 2. *p.* 338. *
Lanzettenblättrige Justicie. W.
Habitat in Japonia. ⊙

*38. JVSTICIA *reptans.*
J. dianthera, caule herbaceo repente, foliis obtusis, spica terminali indivisa. *Swartz prod.* 13.
Wurzelnde Justicie. W.
Habitat in Domingo. ⊙ (v. s.)

Digitized by Google

89. JVSTICIA *humifusa.*

J. dianthera, caule herbaceo decumbente, foliis ovatis cordatisque, spicis umbellatis. *Swartz prod.* 14.

Niederliegende Justicie. W.

Habitat in Jamaica. ⊙

49. GRATIØLA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 57.

Cor. irregularis, resupinata. *Stam.* 2 sterilia. *Caps.* 2- locularis. *Cal.* 7- phyllus: 2 exterioribus patulis.

1. GRATIOLA *officinalis.*

G. foliis lanceolatis serratis, floribus pedunculatis. *Mat. med. p.* 38. *Pollich. pal. n.* 23. *Gmel. it.* 1. *p.* 126. *Mill. dict. n.* 1. *Oed. fl. dan. t.* 363. *Roth. germ. I. p.* 10. *II. p.* 25. *Hoffm. germ.* 8.

Gratiola. *Hall. helv. n.* 329. *Riv. mon.* 157. *Hort. cliff.* 9. *Roy. lugdb.* 292. *Dalib. paris.* 8. *Sauv. monsp.* 137. *Blackw. t.* 411.

G. centauroides. *Bauh. pin.* 279.

β. Gratiola alpina. *Bauh. hist. 3. p.* 435. *Hall.* R. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. p.* 101.

Aechtes Purgierkraut. W.

Habitat in Lusatia, Gallia *et australioris* Europae *humidiusculis.* 4 (v. v.)

2. GRATIOLA *Monnieria.*

G. foliis oblongis integris, pedunculis unifloris, foliis longioribus, caule declinato. *Swartz. obs. p.* 15. *

G. foliis ovali-oblongis, pedunculis unifloris, caule repente. *Amoen. acad. 4. p.* 306. * *Jacq. obs. 1. p.* 4. *t.* 1. *Forst. prod. n.* 16.

Monnieria minima repens, foliis subrotundis, floribus singularibus alaribus. *Brown. jam.* 269.

Monnieria ramosa repens, foliis linearibus oppositis. *Ehr. pict.* 14. *f.* 2.

Anagallis aquatica, portulacae aquaticae caule et foliis. *Sloan. jam.* 87. *hist. 1. p.* 203. *t.* 129. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. p. 103.

Westindisches Purgierkraut. W.

Habitat in aquosis Antillarum *et insulae* Marchionis. 4 (v. s.)

Stamina 4 *antherifera.* Stigma *capitatum.* Calyx 7- phyllus. *Cor.* 5- fida.

Digitized by Google

*3. GRATIOLA *repens.*

G. foliis ovatis, caule repente, calyce pentaphyllo, ſtylo bifido. *Swartz prod.* 14. *Swartz Icon. p.* 6. *t.* 3.
Kriechendes Purgierkraut. W.
Habitat in Jamaica *locis ſubaquoſis humidis.* (v. ſ.)
Differt a praecedente: foliis *tenuiſſime nervoſis, nec enerviis*, corollis *quadrifidis lacinia ſuprema emarginata et* calyce *pentaphyllo.* W.

4. GRATIOLA *rotundifolia.*

G. foliis ovatis trinerviis. *Mant.* 174.
Tſianga-puſpam. *Rheed. mal.* 9. *p.* 111. *t.* 57.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 104.
Rundblättriges Purgierkraut. W.
Habitat in Malabariae *arenoſis.* (v. ſ.)
Caules *digitales, quadrangulares, laeves, baſi repentes.* Folia *oppoſita, ſeſſilia, ovata, obtuſa, laevia, trinervia, ſerratura una alterave obſoleta.* Pedunculi *axillares, ſolitarii, nudi, alterni, uniflori, foliis longiores.* Calyx 5-*partitus.* Stamina 2. Capſula *compreſſa, ſubrotunda, bilocularis.*

5. GRATIOLA *lucida.* W.

G. caule ramoſo diffuſo radicante, foliis cordato-ovatis dentatis, pedunculis axillaribus foliis longioribus. W.
Capraria (*cruſtacea*) repens, foliis oppoſitis ovatis ſubpetiolatis crenatis. *Mant.* 87. *Burm. ind.* 133.
Cruſta ollae minor. *Rumph. amb.* 5. *p.* 491. *t.* 170. *f.* 3.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 4. *p.* 81.
Glänzendes Purgierkraut. W.
Habitat in Malabariae, Amboinae, Chinae *humidis.* (v. ſ.)
Calyx *pentaphyllus.*

6. GRATIOLA *veroniciſolia.*

G. caule repente, foliis ovato-lanceolatis acute ſerratis, floribus terminalibus oppoſitis. *Retz. obſ. faſc.* 4. *p.* 8.*
Ruellia (*antipoda*) foliis mucronato-ſerratis, caule repente, floribus ſubſpicatis terminalibus quinis ternisve. *Fl. zeyl.* 235.*
Gentianella utriusque Indiae impatiens, foliis agerati Snopgraſſ barbadenſibus. *Pluk. mant.* 167. *t.* 186. *f.* 2.
Cruſta ollae major. *Rumph. amb.* 5. *p.* 160. *t.* 170. *f.* 2.
Peetianga-pulpam. *Rheed. mal.* 9. *p.* 115. *t.* 59.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 8. *p.* 172.
Ehrenpreisblättriges Purgierkraut. W.

Digitized by Google

Habitat in Indiae *humidis.* ⊙ (v. f.)
Calyx *pentaphyllus.* W.

7. GRATIOLA *hyſſopioides.*

G. foliis lanceolatis ſubſerratis, articulo caulino brevioribus. *Mant.* 174. *Retz. obſ. faſc.* 4. *p.* 8. *n.* 6.

G. indica minor vera ſ. hyſſopioides. *Pluk. alm.* 180. *t.* 193. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 104.

Iſopblattriges Purgierkraut. W.

Habitat in Tranquebariae *agris oryzaceis.* ⊙ *D. Koenig.* (v. ſ.)

Caulis *filiformis, erectus, laevis, pedalis, articulis folio pluries longioribus.* Folia *oppoſita, ſeſſilia, ovato-lanceolata, laevia: inferioribus una alterave ſerratura.* Pedunculi *axillares, alterni, ſolitarii, uniflori, folio multoties longiores.* Calyx *minimus.* Corolla *foliis multo major, ringens.*

Folia *ſaepius ovata, imprimis inferiora.* Capſulae *ovatae.* Foliorum *ad articulos proportio nullam dat notam conſtantem.* Retz. l. c.

*8. GRATIOLA *lobelioides.*

G. caule ſubnudo ſtipulato, foliis oblongis integerrimis, panicula dichotoma, capſulis ſubgloboſis. *Retz. obſ. bot. faſc.* 4. *p.* 7. *

Lobelienartiges Purgierkraut. W.

Habitat in agris oryzaceis Indiae. *Viget tempore pluvioſo copioſe prope* Tranquebar, *alibi rarior.* ⊙ (v. ſ.)

*9. GRATIOLA *trifida.* W.

G. foliis lineari-lanceolatis quaternis, apice dentatis, trifidisque, capſulis piloſis. W.

Gratiola (*chamaedrifolia*) foliis lanceolatis verſus apicem ſerratis, floribus coeruleis. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 26.

Tſieria Manga Nari. *Rheed. mal.* 9. *p.* 165. *t.* 85.

Dreyſpaltiges Purgierkraut. W.

Habitat in Malabariae *arenoſis.* ⊙ (v. ſ.)

Caulis *procumbens baſi ramoſus.* Folia *oppoſita, terna vel quaterna lineari-lanceolata apice argute dentata, vel trifida dentata.* Pedunculi *filiformes oppoſiti foliis breviores.* Capſula *ſtylo perſiſtenti inſtructa pilis albis raris tecta.* W.

10. GRATIOLA *virginica.*

G. foliis lanceolatis obtuſis ſubdentatis. *Gron. virg.* 6.* *Mant.* 317. *Mill. dict. n.* 2.

Digitized by Google

Gratiola (*virginica*) foliis lanceolatis obtusis subdentatis, flore albo. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 26.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 105.
Virginisches Purgierkraut. W.
H. in Virginiae *humidis.*
Linnaeus *hanc cum praecedente confundit. Descriptio sub hac in Mantissa data, ad praecedentem speciem pertinet.* W.

11. GRATIOLA *peruviana.*
G. floribus subsessilibus. *Mill. dict. n.* 3.
G. latiore folio, flore albo. *Feuill. peruv.* 3. *t.* 47.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 105.
Peruvianisches Purgierkraut. W.
Habitat in Peru.

*12. GRATIOLA *grandiflora.*
G. caulibus decumbentibus, foliis ovatis serratis, pedunculis oppositis, capsulis subulatis. *Retz. obs. fasc.* 4. *p.* 8.
Grosblühendes Purgierkraut. W.
Habitat prope Tranquebar, Madras, Siam, Malacca *solo humido pingui.*
Caules *decumbentes bifidi anguloso glabri.* Folia *opposita ovata serrata, saepe etiam crenata, glabra.* Pedunculi *oppositi.* Flores *ratione reliquarum partium magni.* Capsulae *longae subulatae.* Retz. l. c.

*13. GRATIOLA *oppositifolia.*
G. caule adscendente, foliis lanceolatis serratis, pedunculis oppositifoliis. *Retz. obs. fasc.* 4. *p.* 8.
Gleichblättriges Purgierkraut. W.
Habitat ad Tranquebar *in agris oryzaceis humidiusculis. Viget tempore pluvioso.*
Caules *plerumque adscendentes, rarius erecti; quadranguli striati.* Folia *lanceolata argute serrata nuda, inferiora opposita: axillis saepius ramiferis, superiora alterna.* Pedunculi *ad folia alterna oppositifolii.* Capsulae *longae subulatae.* Retz. l. c.

*14. GRATIOLA *pusilla.* W.
G. caule simplicissimo, foliis ovatis crenatis acutis, pedunculis axillaribus unifloris folio longioribus. W.
Kleinstes Purgierkraut. W.
Habitat in India *ad scaturigines.* ⊙ (v. s.)
Minutissima hujus generis species. Radix *fibrosa.* Caulis *uncialis simplicissimus, rarissime decumbens, vel*

Digitized by Google

uno alterove ramo inſtructus tetragonus pilis raris obſitus. Folia *ovata acuta ſubſeſſilia rariter crenata, margine ſcabra. Planta vix ultra* 3 *peria foliorum profert.* Pedunculi *piloſi foliis longiores in axillis ſuperiorum foliorum oppoſiti.* Calyx *pentaphyllus piloſus.* Capſula *ſubrotunda.* Flores *non ultra* 3 *vel* 4 *in planta vidi.* W.

Tres hujus generis ſpecies mihi ignotas enumerat Walter. (*flor. carol. p.* 61.) W.

50. SCHWENKIA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 58.

Cor. ſubaequalis, fauce plicata glanduloſa. *Stam.* 5 ſterilia. *Capſ.* bilocularis, polyſperma.

1. SCHWENKIA *americana.*

Schwenkia. *Gen. plant.* 567. *Schwenk. Hort. med. Hag.* 1766. *oct. p.* 328. *t.* 1. *Ait. Kewenſ.* 1. *p.* 29.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 107.
Amerikaniſche Schwenkie. W.
Habitat prope Berbice *in* Gujana. ♂

In ordine naturali Browalliis proxima. Folia *etiam alterna.*

51. CALCEOLARIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 59.

Cor. ringens, inflata. *Capſ.* 2-locularis, bivalvis. *Cal.* 4-partitus aequalis.

1. CALCEOLARIA *pinnata.*

C. foliis pinnatis. *Mant.* 171. *Act. Stockh.* 1770. *p.* 285. *tab.* 8. *bona.* * *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 549.
Fagelia flavicans. *Gmel. Syſt. veg. p.* 40.
β. C. foliorum pinnis pancioribus et latioribus. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 549. *tab.* 15. *fig.* 2.
C. foliis ſcabioſae vulgaris. *Feuill. peru.* 3. *t.* 12. *f.* 7.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 109.
Gefiederte Pantoffelblume. W.
Habitat in Peru *locis humentibus.* ☉ (v. v.)

Caulis *erectus, bipedalis, teres, brachiatus, fragilis, denſiſſime pubescens,* 16-20 *articulatus. Baſis caulis muricata tuberculis radicantibus.* Rami *axillares, oppoſiti, ſimiliter brachiati, caule breviores.* Folia *oppoſita, exſtipulata, pinnata, fragilia, mollia,*

Digitized by Google

patentia, internodiis longiora: supra pubescentia pube setacea pellucida rorida, subtus nuda atomis subviscidis. Foliola 7-11, *subalterna s. opposita, serrata, pinnatifida (suprema bipinnata), obtusiuscula, sessilia, sinu latiore purpurascente separata.* Petioli *teretes, supra plani, basi utrinque coëuntes, magisque pubescentes.* Flores *ex singulis apicibus ramorum et caulis gemini;* pedunculis *filiformibus.* Corollae *flavae;* Labium superius *minimum, subglobosum, inflatum, antice emarginatum rima pro antheris prominulis;* Labium inferius *maximum, inflatum, subglobosum, margine antice coarctato, totaliter inflexum apice subemarginato.* Fructus: Capsula *subrotunda, bilocularis apice compresso, acuminato.*

Varietas β distincta videtur, foliola enim sunt petiolata ovata dentata subtus albida, et tantum quina vel septena. W.

2. CALCEOLARIA *integrifolia.*

C. foliis lanceolatis rugosis serratis, floribus paniculatis terminalibus. *Smith. icon. ined.* 1. *p.* 3.

C. foliis indivisis. *Act. Stockh.* 1770.

Calceolaria (*serrata*) foliis simplicibus sessilibus ovatis serratis, floribus cymosis terminalibus. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 549.

C. salviae folio. *Fewill. peru.* 3. *p.* 13. *t.* 7.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 109.

Gesägte Pantoffelblume. W.

Habitat in Peru.

3. CACEOLARIA *ovata.*

C. caule ramoso, foliis ovatis crenatis. *Smith. icon. ined.* 1. *p.* 3. *t.* 3. *

Calceolaria (*dichotoma*) foliis simplicibus ovatis subintegris, inferioribus petiolatis, caule dichotomo pubescente. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 549. *

Calceolaria (*integrifolia*) foliis ovatis indivisis serratis. *Lin. suppl.* 86? *nec Syst. veg.*

Eyförmige Pantoffelblume. W.

Habitat in Peru. ⊙

4. CALCEOLARIA *perfoliata.*

C. foliis perfoliatis sagittatis utrinque villosis. *Smith icon. ined.* 1. *p.* 4. *t.* 4. *

Calceolaria (*perfoliata*) foliis perfoliatis spathulato-sagittatis. *Lin. suppl.* 86. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 549.

Digitized by Google

Durchwachſende Pantoffelblume. W.
Habitat in Nova Granada, Peru.

*5. CALCEOLARIA *crenata.*

C. foliis ſeſſilibus oblongis acutis crenatis; floribus cymoſis caules et ramos terminantibus. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 550. *

Gekerbte Pantoffelblume. W.
Habitat in Peru.

Caulis *bipedalis pubescens ſubramoſus.* Folia *oppoſita ſeſſilia crenata ſuperne glabra inferne pubescentia, iis* Rhinanthi Criſta galli *ſimillima.* Flores *corymboſi in caulis et ramorum apice.* Lamarck. l. c.

*6. CALCEOLARIA *roſmarinifolia.*

C. foliis linearibus integerrimis margine reflexis ſubtus tomentoſis, caule glabro. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 550. *

β. Calceolaria foliis parvis diſtantibus, caule ſubpaniculato. *Lamarck. l. c.*

Roſmarinblättrige Pantoffelblume. W.
Habitat in Peru.

*7. CALCEOLARIA *Fothergillii.*

C. foliis ſpathulatis integerrimis, pedunculis ſcapiformibus unifloris. *Ait. Kewenſ.* 1. *p.* 30. *t.* 1.

Spatelförmige Pantoffelblume. W.
Habitat in inſulis Falklandiae. ♂

Caules *vix unciales, prope radicem ſubdiviſi.* Folia *oppoſita, petiolata obtuſa, ſupra piloſa, vix uncialia.* Pedunculi *terminales ſolitarii vel gemini teretes folio duplo longiores.* Calycis *laciniae acutae apice inflexae, extus piloſae, trilineares.* Corollae labium ſuperius *reniformi-ſubrotundum erectum fornicatum flavum calyce paulo brevius;* labium inferius *deſcendens, ſuperiori quater longius, antice dilatatum, inflatum, ſubtus dilute flavescens, ſupra ad latera rubicundum, antice luteum maculis rubris, prope palatum flavum.* Faux *magna aperta tetragono-ovata.* Filamenta *corollae lateribus ad baſin faucis inſerta, ſubulata.* Antherae *ſubrotundae magnae.* Stylus *craſſus longitudine ſtaminum.* Stigma *incraſſatum planum.* Ait. Kew. l. c.

*8. CALCEOLARIA *plantaginea.*

C. ſcapis pauciflоris, foliis rhombeis ſerratis. *Smith. icon. ined.* 1. *p.* 2. *tab.* 2. *

Calceolaria (*biflora*) foliis rhombeo-ovatis dentatis, radicalibus, ſcapo nudo biflore. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 550.

Wegetrittblättrige Pantoffelblume. W.

Habitat in America meridionali *ad* fretum Magellanicum. 4

*9. CALCEOLARIA *nana.*

C. ſcapis unifloris, foliis ovatis integerrimis. *Smith. icon. ined.* 1. *p.* 1. *tab.* 1. *

Calceolaria (*uniflora*) foliis ovatis integris in petiolum attenuatis radicalibus, ſcapis unifloris, labio corollae maximo pendulo. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 550. *t.* 15. *fig.* 3.

β. C. foliis majoribus ſubdentatis, maximo flore. *Lamarck. l. c.*

Zwerg-Pantoffelblume. W.

Habitat ad fretum Magellanicum. 4

* 52. BAEA.

Juſſieu gen. ed. Uſteri. p. 135.

Cor. ringens: tubo breviſſimo, labio ſuperiore plano tridentato, inferiore plano bilobo. *Capſ.* 2-locul. 4-valvis contorta. *Cal.* 5-partitus aequalis.

*1. BAEA *magellanica.*

B. magellanica. *Lamarck. encyclop.* 1. *p.* 396. *tab.* 15. *

Magellaniſche Baea. W.

Habitat in rupibus humidis freti Magellanici. 4

Planta facie Calceolariae plantagineae *acaulis.* Folia *radicalia ovata integerrima petiolata, interdum vix manifeſte crenata, ſubtus pubescentia.* Scapi *uni-interdum bi-vel triflori.* Flores *caerulei bractea minuta baſi ſuffulti. Genus* Calceolariis *proximum, at diverſum corolla non inflata, calyce* 5-*partito, et capſula* 4-*valvi.* W.

53. PINGVICVLA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 40.

Cor. ringens, calcarata. *Cal.* bilabiatus, 5-fidus. *Capſ.* 1-locularis.

1. PINGVICVLA *luſitanica.*

P. ſcapo nutante pubescente, nectario conico-ſubulato, foliis reticulato-venoſis. W.

Digitized by Google

P. nectario apice incraſſato. *Sp. pl.* 2. *p.* 25. *Sowerby Ic. t.* 145.

P. flore minore carneo. *Raj. hiſt.* 752.

Viola paluſtris, Pinguicula dicta, luſitanica. *Griſ. luſit.*

Pinguicula villoſa. *Lightf. ſcot.* 1. *p.* 77. *t.* 6. *f.* 1. *Hudſ. angl.* 8.

Pinguicula cornubienſis, flore minore carneo. *Raj. hiſt.* 752.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 110

Portugiſiſches Fettkraut. W.

Habitat in Luſitania, *inque paluſtribus Ducatus* Cornubienſis *et in* Scotia. 4

Differt a P. villoſa *cui ſimillima, ſtatura majori, ſcapo nutante, et foliis reticulato-venoſis nec nervoſis.* W.

2. PINGVICVLA *vulgaris.*

P. nectario conico recto longitudine petali, labio ſuperiore bilobo. W.

P. nectario cylindraceo longitudine petali. *Flor. lapp.* 11. *Fl. ſuec.* 21. 25. *Oed. dan. t.* 93. *Hall. helu. n.* 292. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 225. *Roth. germ. I. p.* 10. *II. p.* 26. * *Hoffm. germ.* 8.

P. calcare cylindrico, flori violaceo aequali. *Crantz. auſtr. p.* 289.

Sanicula montana, flore calcari donato. *Bauh. pin.* 243.

Pinguicula. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 311.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 111.

Gemeines Fettkraut. W.

Habitat in Europae *uliginoſis.* 4 (v. v.)

Capſula *ovata obtuſa.* W.

*3. PINGVICVLA *grandiflora.*

P. nectario ſubulato recto longitudine floris, labio ſuperiore patente emarginato. W.

Pinguicula (*grandiflora*) calcare cylindrico floris longitudine, fauce dilatato, labio ſuperiore latiſſimo. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 21. *tab.* 14. *fig.* 2. *

Pinguicula flore amplo purpureo, cum calcare longiſſimo. *Raj. hiſt.* 752. *Tournef. inſt.* 167.

Groſsblühendes Fettkraut. W.

Habitat in alpibus Galliae auſtralioris. 4

Flos triplo major P. vulgaris, *purpureo-violaceus,* calcar *ſubulatum longitudine floris,* labium ſuperius *dilatatum emarginatum;* inferius *amplum obtuſe trilobum, nec profunde tripartitum, ut in* P. vulgari. W.

Digitized by Google

4. PINGVICVLA *alpina.*

P. nectario ſubulato reflexo petalis breviore. W.

P. nectario conico petalo breviore. *Fl. lapp.* 12. *t.* 12. *f.* 3. * *Fl. ſuec.* 22. 26. *Oed. dan. t.* 453. *Scopol. carn. ed.* 2. *n.* 28. *Gunn. norv. n.* 640. *t.* 4. *f.* 4. *Pall. it. tom.* 3. *p.* 33. *Roth. germ. I. p.* 10. *II. p.* 27. *Hoffm. germ.* 8.

P. calcare breviſſimo. *Hall. helv. n.* 293.

P. calcare conico, flore albo breviore. *Crantz. auſtr. p.* 288. R.

P. flore albo minore, calcare breviſſimo. *Raj. hiſt.* 752. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 5. *p.* 113.

Alpen-Fettkraut. W.

Habitat in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Auſtriacis, *inque* Bructero. 4 (v. f.)

Flos albus calcare reflexo. Capſula roſtrata. W.

5. PINGVICVLA *villoſa.*

P. ſcapo ſtricto pubescente, nectario ſubulato recto breviſſimo, foliis nervoſis. W.

P. ſcapo ſubvilloſo. *Fl. lapp.* 13. *t.* 12. *f.* 2. *Flor. ſuec.* 23. 27. *Gunn. norv. n.* 641. *Georgi. It. 1. p.* 195.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 113.

Haariges Fettkraut. W.

Habitat in Lapponia, Sibiria. 4 (v. f.)

Scapus *ſetaceus*, *vix manifeſte pubescens.* Flos *violaceus calcare exſerto.* — *Differt a P. vulgari, quod ſextuplo omnibus partibus minor.*

Differt a P. luſitanico, *ſcapo ſtricto, foliis trinerviis, et flore minore.* W.

54. UTRICVLARIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 41.

Cor. ringens, calcarata. *Cal.* 2-phyllus, aequalis. *Capſ.* unilocularis.

1. UTRICVLARIA *alpina.*

U. nectario ſubulato, foliis ovatis integerrimis. *Jacq. amer.* 7. *t.* 6.

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 114.

Berg-Waſſerſchlauch. W.

Habitat in Alpibus Martinicae *inſulae.* (v. f.)

2. UTRICVLARIA *foliоſa.*

U. nectario conico, fructibus cernuis, radiculis utriculo deſtitutis. *Loefl. it.* 281. *

Digitized by Google

Linaria paluſtris, faeniculi folio. *Plum. ſpec. 6. ic. 165. f. 2. Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 115.*
Blättriger Waſſerſchlauch. W.
Habitat in America auſtrali.
Simillima V. vulgari, ſed radix *repens;* Flores *in ſcapo plures* 6.-10, *et nulli* utriculi *ad radiculas.*

3. UTRICVLARIA *vulgaris.*

U. nectario conico, ſcapo pauciflora. *Flor. lapp.* 14. *Fl. ſuec.* 44. 28. *Fl. zeyl.* 22. *Hall. helu. n.* 290. *Oed. dan. t.* 138. *Pollich. pal. n.* 24. *Roth. germ. I. p.* 10. *II. p.* 27. *Hoffm. germ.* 8.
Lentibularia. *Riv. mon.* 78.
Lentibularia major. *Vaill. Act. gall.* 1719.
Millefolium aquaticum lenticulatum. *Bauh. pin.* 141. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p.* 115.
Gemeiner Waſſerſchlauch. W.
Habitat in Europae *foſſis, paludibus profundioribus.* 4 (v. v.)
Nectarium *ſubulatum, longitudine labii inferioris, cui approximatum.* Faux *clauſa palato gibbo.* Planta *nobis duplex; altera* major *a Rivino delineata, calyce poſtice rotundato; altera* minor *calyce poſtice transverſo et quaſi truncato; creſcunt conjunctim.*

4. UTRICVLARIA *minor.*

U. nectario carinato. *Flor. ſuec.* 25. 29. * *Oed. dan. t.* 128. *Pollich. pal. n.* 25. *Roth. germ. I. p.* 11. *II. p.* 28. *Hoffm. germ.* 8.
U. calcare breviſſimo. *Hall. helu. n.* 291.
Lentibularia minor. *Petiv. herb. brit. t.* 36. *f.* 12. *Vaill. act. gall.* 1719. *Hall.*
Millefolium paluſtre galericulatum minus. *Pluk. alm.* 251. *t.* 99. *f.* 6. *Raj Synopſ. 279.*
Aparine aquis innatans trevirana, foliis perchepier capreolis donata. *Bocc. muſ. 1. p.* 23. *t.* 4.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt 5. p. 116.
Kleiner Waſſerſchlauch. W.
Habitat in Europae *foſſis rarius.* 4 (v. v.)
Nectarium *obſoletum, deorſum ſpectans.* Faux *absque gibbo palato, pervia et hians.*

5. UTRICVLARIA *obtuſa.*

U. nectario inflexo obtuſo ſubemarginato. *Swartz prod.* 14.
Utricularia 1. foliis capillaceis ramoſis, ſcapo aſſurgente nudo ſuperne ramoſo. *Brown. jam.* 119.

Digitized by Google

Stumpfer Waſſerſchlauch. W.
Habitat in Jamaicae *aquis ſtagnantibus.*

6. UTRICVLARIA *ſubulata.*
U. nectario ſubulato. *Gron. virg.* 6.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 117.
Pfriemförmiger Waſſerſchlauch. W.
Habitat in Virginia.
Folia *capillacea.* Flores *albi.*

7. UTRICVLARIA *gibba.*
U. nectario gibboſo.
U. florum nectario gibboſo, ſcapo nunc unifloro, nunc bifloro. *Gron. virg.* 129.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 117.
Höckriger Waſſerſchlauch. W.
Habitat in Virginia.

8. UTRICVLARIA *bifida.*
U. ſcapo nudo bifido. *Osb. it.* 243. *t.* 3. *f.* 2.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 117.
Zweyſpaltiger Waſſerſchlauch. W.
Habitat in China. *Osbeck.*
Caulis *filiformis, digiti longitudine, bifidus ſ. duplici racemo, nudus.* Flores *alterni, lutei: labio ſuperiore lateribus acuto.*

*9. UTRICVLARIA *capillacea.* W.
U. ſcapo nudo capillari ſubtrifloro, floribus nutantibus, capſula ſubulata. W.
Haarförmiger Waſſerſchlauch. W.
Habitat in India *locis ſcaturiginoſis.* (v. ſ.)
Planta vix uncialis radice nuda ſubramoſa. Caulis *capillaris apice triflorus.* Pedunculi *nutantes bractea ovata ſeſſili minutiſſima ſuffulti.* Capſula *calyce perſiſtenti tecta ſubulata.* W.

10. UTRICVLARIA *caerulea.*
U. ſcapo nudo, ſquamis alternis vagis ſubulatis. *Fl. zeyl.* 23.
Nelipu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 137. *t.* 70.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 118.
Blauer Waſſerſchlauch. W.
Habitat in Zeylona. (v. ſ.)

11. UTRICVLARIA *ſtellaris.*
U. verticillo utriculario bractearum ciliari. *Lin. ſuppl.* 86. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 6.

Utricularia (*inflexa*) foliis dichotomis; pedunculo racemoso, basi utriculis verticillatis; nectariis inflexis truncatis. *Forsk. descr. p.* 9. *n.* 26.
Sternförmiger Wasserschlauch. W.
Habitat in Indiae *agris oryzaceis, in aquosis profundioribus. König.*
Radices *capillares ramosae verticillatae fluitantes ut in U. vulgari absque utriculis.* Scapus *digitalis filiformis nudus apice racemosus.* Folliculi *verticillati quatuor ad sex sessiles ovati ciliati biloculares in medio scapi, inque superficie aquae, ut utriculis elevari possit scapus.* Corollae *destitutae nectario: labio inferiori saccato.*

* 55. GHINIA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 24.

Cal. quinquefidus. *Cor.* ringens, limbo quinquefido. *Nux* carnosa 4-locularis. *Sem.* solitaria.

1. GHINIA *spinosa.*
G. fructibus quadrispinosis, foliis glabris.
Tamonea spinosa. *Swartz prod.* 94.
Verbena (*curassavica*) diandra, spicis longis, calycibus aristatis, foliis ovatis argute serratis. *Sp. plant.* 28. *Mill. dict. n.* 17. *Swartz. obs.* 17.
Veronicae similis fruticosa curassavica teucrii foliis, flore galericulato. *Herm. parad.* 240. *t.* 240.
Violae surrectae latiore folio species peregrina. *Pluk. phytog. t.* 234. *f.* 4.
Kaempfera. *Banks. reliq. Houst. p.* 3. *t.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 122.
Stachliche Traubennuss. W.
Habitat in Curassao, Antigua, *inque insulis* Caribaeis. ⊙
Folia *glabra ovata acuminata argute serrata.* Racemi *axillares laxi.* W.

*2. GHINIA *mutica.*
G. fructibus muticis, foliis tomentosis.
Tamonea mutica. *Swartz prod.* 94.
Tamonea spicata. *Aubl. guian. p.* 2.
Wehrlose Traubennuss. W.
Habitat in Guiana, Cayenna. ⊙
Folia *tomentosa ovata obtusiuscula dentata.* Racemi *axillares laxi.* Flores *duplo minores.* W.

Digitized by Google

56. VERBENA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 43.

Cor. infundibulif. ſubaequalis, curva. *Calycis* unico dente truncato. *Semina* 2 ſ. 4 nuda. (*Stam.* 2 ſ. 4.)

* *Diandrae diſpermae.*

1. VERBENA *orubica.*

V. diandra, ſpicis longiſſimis folioſis. *Mill. dict. n.* 11.

V. foliis ovatis acuminatis, ſpica folioſa. *Hort. cliff.* 10.*

V. orubica, teucrii folio, primulae veris flore, ſiliquis et ſeminibus longiſſimis. *Pluk. alm.* 383. *t.* 228. *f.* 4. *et t.* 327. *f.* 7.

Sherardia urticae folio ſubtus incano, floribus violaceis. *Ehret. pict. t.* 5. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 120.

Gamanderblättriger Eiſenhart. W.

Habitat in Orniba, *inſula Americae ſeptentrionalis.*

2. VERBENA *indica.*

V. diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis lanceolato-ovatis oblique dentatis, caule laevi. *Jacq. obſ.* 4. *t.* 86. *Mill. dict. n.* 9.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 120.

Indiſcher Eiſenhart. W.

Habitat in Zeylona. ☉ *Dan. Royen.*

Caulis *viridis.* Folia *undulata, minime ciliata.*

3. VERBENA *jamaicenſis.*

V. diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis ſpatulato-ovatis ſerratis, caule hirto. *Jacq. obſ* 4. *t.* 85.

V. foliis obtuſe ovalibus, ſpica carnoſa nuda. *Hort. cliff.* 10. *Roy. lugdb.* 327.

V. folio ſubrotundo ſerrato, flore coeruleo. *Sloan. hiſt.* 171. *t.* 107. *f.* 1.

V. procumbens ramoſa, foliis majoribus, ſpicis longiſſimis lateralibus. *Brown. jam.* 116. *n.* 1.

Valerianoides. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 270.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. p. 120.

Jamaiſcher Eiſenhart. W.

Habitat in Jamaica *et* Caribaeis. 2 ☉ (v. v.)

Caulis *purpureus.* Folia *ſerrata, baſi ciliata.*

*4. VERBENA *mutabilis.*

V. diandra, ſpicis longiſſimis carnoſis nudis, foliis ovatis baſi productis dentatis ſcabris, ſubtus tomentoſis, caule fruticoſo. W.

Verbena mutabilis. *Jacq. collect* 2. *p.* 334. *Icon. rar.*
Veränderlicher Eiſenhart. W.
Habitat in America *torrida.* ♄

5. VERBENA *priſmatica.*

V. diandra, ſpicis laxis, calycibus alternis priſmaticis truncatis ariſtatis, foliis ovatis obtuſis. *Sp. pl.* 27. *Jacq. collect.* 2. *p.* 301. *Icon. rar.*

V. minima, chamaedryos folio. *Sloan. jam.* 64. *hiſt.* 1. *p.* 172. *t.* 107. *f.* 2.

V. ſcutellariae ſ. caſſidae folio, diſpermos americana. *Pluk. alm.* 382. *t.* 70. *f.* 1.

V. erecta diviſa, ſpicis e divaricationibus ſupremis aſſurgentibus. *Brown. jam.* 116. *n.* 2.

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 121.
Priſmatiſcher Eiſenhart. W.
Habitat in Jamaica. ⊙

6. VERBENA *mexicana.*

V. diandra, ſpicis laxis calycibus fructus reflexis rotundato-didymis hiſpidis. *Mill. dict. n.* 16.

V. mexicana, trachelii folio, fructu aparines. *Dill. elth.* 407. *t.* 302. *f.* 389.

Houttuyn Lin. Pfl. ſyſt. 5. *p.* 122.
Mexikaniſcher Eiſenhart. W.
Habitat in Mexico. 2 (v. v.)

Caulis *tetragonus, marginibus ſcaber.* Rami *oppoſiti, ſuperne dichotomi.* Racemi *dichotomiae longi.* Folia *cordata, oblonga, ſcabra, petiolis breviſſimis.*

7. VERBENA *ſtoechadifolia.*

V. diandra, ſpicis ovatis, foliis lanceolatis ſerrato-plicatis, caule fruticoſo. *Roy. lugdb.* 327. *Mill. dict. n.* 13.

Sherardia nodiflora, ſtoechadis ſerratifolii folio. *Vaill. ſex.* 49.

V. ſuffruticoſa reclinata, foliis anguſtis ſerrato-dentatis, pedunculis longis, ſolitariis, floribus conglobatis. *Brown. jam.* 116. *n.* 4. *tab.* 3. *fig.* 2.

Lauandula foliis crenatis latioribus, americana fruteſcens. *Pluk. ſpec.* 6. *ic.* 162. *f.* 1.

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 123.
Lavendelblättriger Eiſenhart. W.
Habitat in Americae *Gallia aequinoctiali et in* Jamaica.

** *Tetrandrae.*

8. VERBENA *globiflora.*

V. tetrandra, ſpicis capitato-globoſis, foliis lanceolatis crenatis rugoſis ſcabris, caule fruticoſo. W.

Digitized by Google

Verbena (*globiflora*) tetrandra, floribus capitatis, caule fruticoſo. *L'Herit. ſtirp.* 1. *p.* 23. *tab.* 12. *

Nepeta maxima, flore albo, ſpica habitiori. *Sloan. jam.* 65. *hiſt.* 1. *p.* 173. *t.* 108. *f.* 1.

Kugelblütiger Eiſenhart. W.

Habitat in America calidiori. ♄

*9. VERBENA *javanica.*

V. tetrandra, ſpicis cylindraceis, foliis rhombeo-ovatis crenatis, caule erecto. W.

V. (*javanica*) ſpicis numeroſis oblongo-conicis, foliis ovato-oblongis ſubcrenulatis, caule erecto. *Burm. ind. p.* 12. *tab.* 6. *f.* 2.

Javaniſcher Eiſenhart. W.

Habitat in Java.

10. VERBENA *nodiflora.*

V. tetrandra, ſpicis capitato-conicis, foliis cuneiformibus dentatis, caule repente. W.

V. tetrandra, ſpicis capitato conicis, foliis ſerratis, caule repente. *Fl. zeyl.* 399. *Burm. ind. t.* 6. *f.* 1. *Mill. dict. Mill. n.* 8. *Swartz. obſ.* 17. *

V. foliis verticaliter ovatis, ſpicis globoſis. *Hort. cliff.* 11.

V. foliis verticaliter ovatis, ſpicis ſolitariis globoſis. *Roy. lugdb.* 327.

V. caule repente, foliis oblongis ſuperne crenatis, pedunculis ſolitariis capitatis. *Gron. virg.* 7.

V. nodiflora repens, foliis obovatis ſuperne crenatis, pedunculis longis ſolitariis, floribus conglobatis. *Brown. jam.* 116. *n.* 3.

V. nodiflora. *Bauh. pin.* 269. *prodr.* 125.

V. nodiflora, capite oblongo. *Barr. ic.* 855.

Sherardia repens, folio ſubrotundo craſſo nodiflora. *Vaill. ſex.* 231.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 124.

Kopfblütiger Eiſenhart. W.

Habitat Neapoli, *in* Sicilia, India orientali, *in inſula* Tanna, *inſulis* Caribaeis *inque* Virginia. ♃ (v. ſ.)

11. VERBENA *bonarienſis.*

V. tetrandra, ſpicis faſciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus. *Hort. upſ.* 8. *Kniph. orig. cent.* 2. *n.* 98. *Mill. dict. n.* 6.

V. foliis lanceolatis, floribus congeſtis faſtigiatis. *Hort. cliff.* 11. *Roy. lugdb.* 326.

V. bonarienſis altiſſima, lavendulae canarienſis folio, ſpica lavendulae. *Dill. elth.* 406. *t.* 300. *f.* 387.

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 125.
Sudamericaniſcher Eiſenhart. W.
Habitat in agro Bonarienſi. 24 (v. v.)

12. VERBENA *haſtata.*

V. tetrandra, ſpicis longis acuminatis, foliis haſtatis. *Hort. upſ.* 8. *Mill. dict. n.* 2.
V. foliis lanceolatis ſerratis, ſpicis filiformibus paniculatis. *Roy. lugdb.* 327.
V. americana altiſſima, ſpica multiplici, urticae foliis anguſtis, floribus caeruleis. *Herm. parad.* 242. *t.* 242.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 126.
Spontonblättriger Eiſenhart. W.
Habitat in Canadae *humidis.* 24 (v. v.)

*13. VERBENA *triphylla.*

V. tetrandra, floribus paniculatis, foliis ternis, caule fruticoſo. *l'Herit. ſtirp.* 1. *p.* 21. *tab.* 11. *
Aloyſia citrodora. *Ortega et Pal. diſſ.*
Dreyblättriger Eiſenhart. W.
Habitat in Bonaria *et* Chili. ♄ (v. v. f. fl.)

14. VERBENA *lappulacea.*

V. tetrandra, calycibus fructigeris ſubrotundis inflatis, ſeminibus echinatis. *Jacq. obſ.* 1. *p.* 37. *t.* 24. *Swartz. obſ.* 16. *
V. diandra? calycibus ſubrotundis erectiusculis, ſeminibus echinatis. *Sp. pl.* 28.
V. foliis cordato-ovatis, floribus ſpicatis, calycibus inflatis, ſeminibus echinatis. *Brown. jam.* 116. *n.* 5.
Buſſeria. *Loefl. it.* 194. *n.* 69.
Storodonia floribus ſpicatis purpuraſcentibus pentapetaloidibus. *Sloan. jam.* 66. *hiſt.* 1. *p.* 174. *t.* 110. *f.* 1.
Blairia. *Houſt. Amm. herb.* 277.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 124.
Klettenartiger Eiſenhart. W.
Habitat in inſulis Caribaeis *locis ruderatis et lapidoſis.* (v. f.)
Capſula *tetragona, angulis quadriſpinoſis, baſi ovata, bipartibilis, quadrilocularis, calyce inflato tecta.* Semina *quatuor oblonga.* Swartz obſ.
An proprium genus? W.

*15. VERBENA *Forſkaelei.*

V. tetrandra, calycibus fructiferis ſubrotundis roſtratoacuminatis reflexis, ſeminibus rotundatis rugoſis. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 6. *
Phryma. *Forſk. Cat. plant. Arab. p.* 115.

Digitized by Google

Arabiſcher Eiſenhart.

Habitat in Arabia felici.

Maxime affinis V. lappulaceae, ſed robuſtior, caulis *ſtrictior*, folia *ſupra ſcabriora, ſerraturae foliorum profundiores*, ſemina *non oblonga ethinata, ſed ſubrotunda dentata, latere exteriori convexa, apicibus inflexis.* Calyce *ad Verbenam mexicanam accedit, at* ſemina *non hiſpida.* Vahl. l. c.

16. VERBENA *caroliniana.*

V. tetrandra, ſpicis filiformibus, foliis indiviſis lanceolatis ſerratis obtuſiusculis ſubſeſſilibus.

V. carolinenſis, meliſſae folio aſpero. *Dill. elth.* 407. *t.* 301. *f.* 388.

V. caroliniana, folio integro ſerrato ſcabro. *Raj. ſuppl. app.* 249. *n.* 10.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 127.

Caroliniſcher Eiſenhart. W.

Habitat in America *ſeptentrionali.* 4 (v. ſ.)

17. VERBENA *urticifolia.*

V. tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis indiviſis ovatis ſerratis acutis petiolatis. *Hort. upſ.* 9. *Sabb. h. rom.* 3. *t.* 55. *Kniph. origin. cent. XI. Mill. dict. n.* 4.

V. foliis ovatis, caule erecto, ſpicis filiformibus paniculatis. *Hort. cliff.* 11. *Gron. virg.* 7. *Roy. lugdb.* 327.

V. recta canadenſis, urticae foliis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 418. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 3.

V. peregrina. *Dod. pempt.* 125.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 127.

Habitat in Virginia, Canadae *aridis.* 4 (v. v.)

18. VERBENA *Aubletia.*

V. tetrandra, ſpicis laxis ſolitariis, foliis trifidis inciſis. *Aiton. Kewenſ.* 1. *p.* 33.

Verbena (*Aubletia*) tetrandra, ſpicis ſolitariis, corollis faſciculatis, foliis cordatis incifo-ſerratis. *Lin. ſuppl.* 86. *Jacq. hort.* 2. *p.* 82. *t.* 176. *Retz. Act. holm.* 1773. *p.* 144. *tab.* 5. *Medicus Act. palat.* 3. *p.* 194. *tab.* 7.

Obletia. *Rozier Journal* 1. *p.* 367. *t.* 2.

Buchnera (*canadenſis*) foliis laciniatis, caule dichotomo. *Lin. Mant.* 88.

Schönblühender Eiſenhart. W.

Habitat in Virginia. ☉ (v. v.)

19. VERBENA *ſpuria.*

V. tetrandra, ſpicis ſubformibus, foliis multifido-laciniatis, caulibus numeroſis. *Hort. upſ.* 8. *Mill. dict. n.* 5.

Digitized by Google

V. humilior, foliis incisis. *Clayt. virg.* 8.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 128.
Unaechter Eisenhart. W.
Habitat in Canada. Virginia.

20. VERBENA *officinalis.*

V. tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario. *Fl. suec.* 2. *n.* 30. *Mat. med. p.* 38. *Pollich. pal. n.* 26. *Oed. dan. t.* 628. *Hoffm. germ.* 9. *tab.* 2. *Roth. germ. I. p.* 254.
V. foliis multifido-laciniatis, spicis filiformibus. *Hort. cliff.* 11. *Fl. suec.* 1. *n.* 26. *Roy. lugdb.* 327. *Dalib. paris.* 9. *Sauv. monsp.* 279.
V. foliis rugosis, tripartitis, spicis nudis, strigosis. *Hall. helv. n.* 219.
V. communis, flore coeruleo. *Bauh. pin.* 269.
V. recta. *Dod. pempt.* 150. *Blackw. t.* 41. *Riv. t.* 56. *Math.* 1052. *Matt.* 511.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 129.
Gemeiner Eisenhart. W.
H. in Europae *mediterraneae ruderatis.* ☉ (v. v.)
Flores *albo-rufescentes.*

21. VERBENA *supina.*

V. tetrandra, spicis filiformibus solitariis, foliis bipinnatifidis. *Kniph. orig. cent.* 12. *n.* 99. *Mill. dict. n.* 3.
V. tenuifolia. *Bauh. pin.* 269.
V. supina. *Clus. hist.* 2. *p.* 46.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 130.
Niedriger Eisenhart. W.
H. in Hispania. ☉ (v. v.)
Caulis *teretiusculus, subcompressus, subpubescens.*
Flores *coerulescentes.*

57. LYCOPVS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 44.

Cor. 4-fida: lacinia unica emarginata. *Stamina* distantia. *Sem.* 4, retusa.

1. LYCOPVS *europaeus.*

L. foliis sinuato-serratis. *Flor. suec.* 2. *n.* 31. *Pollich. pal. n.* 27. *Gmel. sib.* 3. *p.* 248. *Roth. germ. I. p.* 11. *II. p.* 28. *Hoffm. germ. p.* 9.
L. foliis indivisis. *Fl. suec.* 1. *n.* 27. *Dalib. paris.* 9. *Hort. cliff.* 11. *Roy. lugdb.* 326.
L. foliis acute serratis, appendiculatis. *Hall. helv. n.* 220.

Digitized by Google

L. foliis pinnato et ſinuato-ſerratis. *Crantz. auſtr. p.* 327.
Marrubium paluſtre glabrum. *Bauh. pin.* 230. *Riv. t.* 21.
Sideritis Mathioli. *Dalech. hiſt.* 1117.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 132.
Gemeines Zigeunerkraut. W.
Habitat in Europae *ripis humentibus.* ♃ (v. v.)
Varietatem caule 4-*pedali*, floribus *omnibus femineis*, *ſemel legit Leers. Flor. herborn. n.* 23.

2. LYCOPVS *exaltatus.*
L. foliis baſi pinnatifido-ſerratis. *Lin. ſuppl.* 87.
L. foliis in profundas lacinias inciſis. *Tourneſ. inſt. p.* 191.
Hohes Zigeunerkraut. W.
Habitat in Italia. ♃ (v. v.)
Caulis *humanae altitudinis*, *quo a L. europaeo differt*, *ramoſus angulatus ſcaber.* Folia *profunde ſerrata*: *ſerraturis infimis profundioribus*, *ut fere inferne pinnatifida*: *laciniis ſubſerratis.* Corollae *quadrifidae albae*: *laciniis rubro-punctatis*: *ſuprema emarginata*: *infima latiori.* Stamina *duo diſtantia.* Antherae *didymae rubrae.*

3. LYCOPVS *virginicus.*
L. foliis aequaliter ſerrulatis.
L. foliis lanceolatis tenuiſſime ſerratis. *Gron. virg.* 8.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 132.
Virginiſches Zigeunerkraut. W.
Habitat in Virginia. ♃ (v. ſ.)

58. AMETHYSTEA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 45.

Cor. 5-fida; lacinia infima patentiore. *Stam.* approximata. *Calyx* ſubcampanulatus. *Sem.* 4, gibba.

1. AMETHYSTEA *coerulea.*
Amethyſtea. *Hort. upſ.* 9. *Amoen. acad.* 386. * *Mill. dict. Gmel. ſib.* 3. *p.* 248. *n.* 89. *Kniph. orig. cent.* 2. *n.* 4.
Amethyſtina montana erecta, foliis exiguis digitatis trifidis ſerratis, floſculis cum coma e coeruleo ianthinis. *Amm. ruth.* 70. *Hall. act. upſ.* 1742. *p.* 51. *f.* 1.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 133.
Sibiriſcher Bläuling. W.
Habitat in Sibiriae *montoſis.* ⊙ (v. v.)

Digitized by Google

59. CVNILA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 46.

Cor. ringens: labio ſuperiore erecto, plano. *Filamenta* caſtrata duo. *Semina* 4.

*1. CVNILA *fruticoſa.*

C. foliis linearibus margine revolutis, ſubtus tomentoſis, floribus axillaribus, caule fruticoſo. W.

Cunila frutescens. *Donn. Cat. hort. cambrig. p.* 5.

Strauchartige Cunile. W.

Habitat in Nova Hollandia. ♄ (v. ſ.)

Planta dubii generis facie Roſmarini, floribus magnis axillaribus. W.

2. CVNILA *capitata.*

C. foliis ovatis, floribus terminalibus, umbella ſubrotunda. *Lin. ſuppl.* 87.

Kopfförmige Cunile. W.

Habitat in Sibiria.

Caulis *palmaris.* Folia *ovata obtuſiuscula nuda.* Flores *terminales in umbellam digeſti.* Calyces *laeves ſtriati.* Corolla *purpurea.* Antherae *nigrae.*

3. CVNILA *mariana.*

C. foliis ovatis ſerratis, corymbis terminalibus dichotomis. *Sp. pl.* 2. *p.* 30.

Satureia origanoides. *Spec. pl.* 1. *p.* 568.

Thymus foliis ovatis acuminatis ſerratis, corymbis lateralibus, terminalibus pedunculatis. *Gron. virg.* 64.

Calamintha mariana, mucronatis rigidioribus et crenatis foliis, floſculorum calyculis villis argenteis. *Pluk. mant.* 34. *t.* 344. *f.* 1.

Calamintha erecta virginiana, mucronato folio glabro. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 413. *ſ.* 11. *t.* 19. *f.* 7.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 135.

Maryländiſche Cunile. W.

Habitat in Virginia. 2 (v. ſ.)

4. CVNILA *pulegioides.*

C. foliis oblongis bidentatis, floribus verticillatis. *Sp. pl.* 2. *p.* 30.

Meliſſa pulegioides. *Spec. plant.* 1. *p.* 593.

M. floribus verticillatis glomeratis ſecundum longitudinem caulis, foliis tomentoſis. *Gron. virg.* 167. *Kalm. it.* 2. *p.* 314.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 136.

Digitized by Google

Poleyblättrige Cunile. W.
Habitat in Virginiae, Canadae *ſiccis.* ⊙ (v. v.)
Planta *ſpithamea, brachiata.* Folia *lanceolato-ovata, ſcabriuscula, uno alterove dente notata: ſuperiora anguſtiora.* Verticilli *ſecundum totam longitudinem plantae.* Bracteae *utrinque binae floribus majores, praeter alias minutas.* (*Mant.*) Calyx *decemſtriatus, ſcaber: L. ſuperiore trifido acuminato, inferiore ſetaceo.* Corolla *alba, fauce violacea: Lab. ſuperiore vix emarginato.* Stamina *duo, corolla breviora, fertilia et* filamenta *alia duo minora caſtrata.*

5. CVNILA *thymoides.*
C. foliis ovalibus integerrimis, floribus verticillatis, caule tetragono. *Sp. pl.* 2. *p.* 31.
Thymus pulegioides. *Sp. pl.* 1. *p.* 592.
Acinos thymi folio et facie, floribus inexpanſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 404. *ſ.* 11. *t.* 19. *f.* 6.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 137.
Thymianblättrige Cunile. W.
Habitat Monſpelii. ⊙ *D. Sauvage.*
Habitus *praecedentis.* Caulis *erectus, ſpithameus;* Ramis *paucis, ſimplicibus, brevibus.* Folia *ovalia, obtuſa, glabra, ſubtus ſtriata.* Verticilli *ſecundum totam caulis longitudinem.* Stamina *inquirant in viva ejus conterranei.*

60. ZIZIPHORA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 47.

Cor. ringens: labio ſuperiore reflexo, integro.
Cal. filiformis. *Sem.* 4.

1. ZIZIPHORA *capitata.*
Z. faſciculis terminalibus, foliis ovatis. *Kniph. orig. cent.* 8. *n.* 100. *Pall. it.* 2. *p.* 522. *Mill. dict. n.* 1.
Z. foliis lanceolatis, floribus terminalibus. *Hort. cliff.* 305. *Roy. lugdb.* 315.
Clinopodium fiſtuloſum pumilum Indiae occidentalis, ſummo caule floridum. *Pluk. alm.* III. *t.* 164. *f.* 4.
Thymus humilis latifolius. *Buxb. cent.* 3. *p.* 28. *t.* 51. *f.* 1.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. 138.
Kopfförmiges Zizikraut. W.
Habitat in Syria, Armenia, Sibiria. ⊙ (v. v.)
Flores *omnes terminales faſciculati.* Corolla *absque macula palati, quae occurrit in Z. tenuiore.*

Digitized by Google

2. ZIZIPHORA *hiſpanica.*

Z. foliis ovatis, floribus racemoſo-ſpicatis, bracteis obovatis nervoſis acutis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 263. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 138.

Spaniſches Zizikraut. W.

Habitat in Hiſpania. ⊙ (v. ſ.)

3. ZIZIPHORA *tenuior.*

Z. floribus lateralibus, foliis lanceolatis.

Z. foliis lanceolatis, floribus ex alis. *Hort. cliff.* 305. *Mill. dict. n.* 2.

Z. foliis lanceolatis, floribus lateralibus. *Roy. lugdb.* 313. *Hort. upſ.* 9.

Acinos ſyriaca, folio mucronato, capſulis hirſutis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 404. *ſ.* 11. *t.* 19. *f.* 3. 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 139.

Lanzettenblättriges Zizikraut. W.

Habitat in Syria? ⊙ (v. v.)

4. ZIZIPHORA *acinoides.*

Z. floribus lateralibus, foliis ovatis.

Clinopodium ſupinum incanum. *Amm. ruth. n.* 66.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 139.

Thymianblättriges Zizikraut. W.

Habitat in Sibiria. *Georgi it.* 1. *p.* 196. ⊙ (v. ſ.)

Habitus Thymi Acinos, ſed majora quintuplo omnia. Folia *Z. capitatae*; *Flores laterales ut in Z. tenuiore, ſed copioſiores.* Calyces *ſimiliter hiſpidi*; ſtamina *extra corollae tubum protruſa.*

61. MONARDA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 48.

Cor. inaequalis: labio ſuperiore lineari filamenta involvente. *Semina* 4.

1. MONARDA *fiſtuloſa.*

M. foliis oblongo-lanceolatis cordatis villoſis planis. *Act. Kewenſ.* 1. *p.* 36.

M. capitulis terminalibus, caule obtuſangulo. *Hort. upſ.* 12. *Mill. dict. n.* 1. *et ic. t.* 122. *f.* 2. *Mat. med. p.* 39. *Kniph. orig. cent.* 2. *n.* 47. *Fabric. helmſt. p.* 95.

M. floribus capitatis, caule obtuſo. *Vir. cliff.* 3. *Roy. lugdb.* 313. *Hort. cliff.* 11. *Riv. mon.* 58.

Origanum fiſtuloſum canadenſe. *Corn. canad.* 13. *t.* 14.

β. Monarda mollis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 399.

Digitized by Google

Clinopodium majus virginienſe, foliis minus hirtis acutioribus, floribus fiſtuloſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 474.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 140.
Purpurrothe Monarde. W.
Habitat in Canada. 4 (v v.)

*2. MONARDA *oblongata.*
M. foliis oblongo-lanceolatis baſi rotundato-attenuatis villoſis planis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 36.
Langblättrige Monarde. W.
Habitat in America boreali. 4 (v. f.)
Differt a praecedente; foliis *baſi ovatis parum attenuati, magis ſubtus villoſis,* calycibus *brevioribus margine villoſioribus,* corollis *minoribus.* W.

3. MONARDA *didyma.*
M. foliis ovatis glabris, capitulis verticillatis, floribus ſubdidynamiis, caule acutangulo. W.
M. floribus capitatis ſubdidynamis, caule acutangulo. *Mill. dict. n.* 2. *et ic.* 122. *f.* 1. *Kniph. orig. cent.* 2. *n.* 46.
M. caule acute angulato, capitulis terminalibus. *Hort. cliff.* 495. *Gold. noveb.* 7.
M. floribus capitatis verticillatisque, caule acute angulato, foliis lanceolato-ſerratis glabris. *Butt. cur.* 226. *Trew. ehret.* 32. *t.* 66.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 141.
Scharlachrothe Monarde. W.
Habitat in Penſylvania, Noveboraco. 4 (v. v.)
Folia *ſuprema caneſcentia.*

*4. MONARDA *rugoſa.*
M. foliis ovato-lanceolatis cordatis glabris rugoſis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 36.
Weiſſe Monarde. W.
Habitat in America boreali. 4 (v. v.)
Similis ſequenti at folia *longiora, glabra, rugoſiuscula fere more Salviae et* flores *albi.* W.

5. MONARDA *clinopodia.*
M. foliis ovato-lanceolatis, baſi rotundatis inaequalibus glabris. W.
M. floribus capitatis, foliis leviſſimis ſerratis. *Sp. pl.* 32.
M. foliis ovato-lanceolatis, verticillis lateralibus dichotomis-corymboſis, foliis inaequaliter ſerratis. *Gron. virg.* 9.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 142.

Digitized by Google

Fleiſchfarbene Monarde. W.
Habitat in Virginia. 2 (v. v.)
Radix *repens*. *Facies plantae praecedentis quoad ſtaturam, at* Folia *gerit Clinopodii incani omnino; neque huic* ſpica *rubra, ſed purpurea, nec flores tetrandri; foliisque glaberrimis diſtincta a prima.* Folia *ovato-oblonga, acuminata, profunde ſerrata, petiolata, utrinque laevia.* Caulis *quadrangulus, magis quam in prima, minus argute quam in ſecunda.* Flores *in capitulum bracteis radiatum, pallidi.*

6. MONARDA *punctata.*

M. floribus verticillatis, corollis punctatis, bracteis coloratis. *Hort. upſ.* 12. *Hort. cliff.* 495. *Gron. virg.* 9. *Roy. lugdb.* 313. *Sabb. h. rom.* 3. *t.* 86. 87. *Mill. dict. n.* 3.
Clinopodium virginianum anguſtifolium, lamii flore luteo maculato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 375. *ſ.* 11. *t.* 8. *f.* 8. *mala.*
Clinopodium anguſtifolium virginianum, quovis verticillo duodecim foliolis rubentibus cincto. *Pluk. alm. III. t.* 24. *f.* 1,
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 143.
Punctirte Monarde. W.
Habitat in Virginia. ♂ (v. ſ.)
Corollae *luteae punctis purpureis.* Bracteae *ſubviolaceae* 4 *majores*, 4 *minores, praeter folia verticillorum.*

7. MONARDA *ciliata.*

M. floribus verticillatis, corollis involucro longioribus.
M. ſpicata interrupta; involucris longitudine verticillorum lanceolatis. *Gron. virg.* 9. *
Clinopodium anguſtifolium non ramoſum, flore coeruleo: labio trifido atro purpureis maculis ornato. *Pluk. alm.* 10. *t.* 164. *f.* 3. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 374. *ſ.* 11. *t.* 8. *f.* 6.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 144.
Gefranzte Monarde. W.
Habitat in Virginia.

62. ROSMARINVS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 49.

Cor. inaequalis, labio ſuperiore bipartito. *Filamenta* longa, curva, ſimplicia cum dente.

1. ROSMARINVS *officinalis.*

R. foliis ſeſſilibus. W.

Digitized by Google

Roſmarinus. *Hort. cliff.* 14. *Hort. upſ.* 11. *Mat. med. p.* 39. *Roy. lugdb.* 310. *Hall. helu n.* 250. *Blackw. t.* 159. *Riv. t.* 39. *Sabb. hort. rom.* 3. *t.* 67. *Kniph. orig. cent.* 1. *t.* 76. *Ludw. ect. t.* 196.

R. (*latifolia*) foliis linearibus obtuſis, utrinque virentibus. *Mill. dict.* 2.

Roſmarinus ſpontaneus, latiore folio. *Bauh. pin.* 217.

β. R. hortenſis, anguſtiore folio. *Ej. pin.* 217.

R. (*anguſtifolia*) foliis linearibus, marginibus reflexis, ſubtus incanis. *Mill. dict. n.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 34.

Gemeiner Roſmarin. W.

Habitat in Hiſpaniae, G. narbonenſis, Italiae, Helvetiae, Orientis *collibus; in* Iſtriae *montanis. Scop. carn. ed.* 2. *n.* 30. ♄ (v. v.)

*2. ROSMARINVS *chilenſis.*

R. foliis petiolatis. *J. Molina Chil. ed. germ. p.* 134. †

Chileſiſcher Roſmarin. W.

Habitat in Chili. ♄

Frutex tantum ex brevi ſupradata deſcriptione Clariſſimi Ignatii Molinae *notus. Obſervationes futurae docebunt an hujus ſit generis.*

63. SALVIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 50.

Cor. inaequalis. *Filamenta* transverſe pedicello affixa.

1. SALVIA *aegyptiaca.*

S. foliis lanceolatis denticulatis, floribus pedunculatis. *Syſt. Veg. p.* 64. *Jacq. hort. t.* 108.

S. foliis lineari-lanceolatis denticulatis, flor. pedunculatis. *Hort. cliff.* 13. * *Roy. lugdb.* 309. *Gouan. illuſtr. p.* 2.

S. foliis lanceolatis denticulatis, verticillis ſubtrifloris, bracteis minutis mucronatis. *Etling. Salvian.* 22.*

Meliſſa (*perennis*) floribus verticillatis, utrinque ternis pedunculatis, foliis oblongis crenatis. *Forſk. deſcr. p.* 108. *n.* 30.

Horminum aegyptium minimum ramoſiſſimum. *Lipp. Boerh. lugdb.* 1. *p.* 66.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 56.

Aegyptiſche Salbey. W.

Habitat in Aegypto *et inſulis* Canarienſibus. ☉ (v. ſ.)

Digitized by Google

Planta *pedalis, ſtricta, brachiata.* Folia *nuda, denticulata, ſcabra, ſubtus rugoſiſſima.* Spicae *quaſi ſpinoſae.* Flores *terni, pedicellati, minutiſſimi.* Corollae *albae: Lab. ſuperiore breviſſimo, emarginato, non compreſſo. L. inferiore trifido; intermedia violacea punctata.* Stamina *parva antheris caerulescentibus.*

Flores *tetrandri ſaepiſſime. Govan. l. c.*

* 2. SALVIA *dentata.*

S. foliis lineari-oblongis dentato-pinnatifidis, verticillis bifloris, laciniis calycinis obtuſis. *Aiton. Kew. 1. p. 37.*

Gezähnte Salbey. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. ♄

3. SALVIA *cretica.*

S. foliis lineari-lanceolatis, floribus digynis, calycibus diphyllis. *Willd. arb. berol. p. 352.*

S. foliis lanceolatis, calycibus diphyllis. *Sp. plant. 33. Schreb. nov. Act. Acad. N. C. III. p. 479. Etling. Salvia n. 3.*

S. foliis peranguſtis ſinuatis, longis petiolis inſidentibus, lanuginoſa. *Pluk. phyt. t. 57. f. 1. ſine flore. Schreb.*

S. cretica anguſtifolia. *Cluſ. hiſt. p. 343.*

S. tenuifolia. *Riv. monop. t. 128. bona.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. p. 37.

Cretiſche Salbey. W.

Habitat in Creta. ♄ (v. v.)

Styli *duo; ſtigmatibus ſimplicibus.* Calyces *diphylli. Schreb. in Nov. Act. Upſal. 1. p. 90.*

Videtur mera varietas Salviae officinalis. W.

4. SALVIA *lyrata.* *Schultes 4y*

S. foliis radicalibus lyratis dentatis, corollarum galea breviſſima. *Sp. plant. 33. Etling. Salv. n. 25.*

S. corollarum labio ſuperiore breviore, fauce patente. *Gron. virg. 8.*

S. foliis ſinuato-ſerratis, glabris, calyce piloſo-viſcido, corolla vix calycem ſuperante. *Zinn. goett. 298. an?*

Horminum (*lyratum*) foliis pinnato-ſinuatis rugoſis, calycibus corolla longioribus. *Mill. dict. 2.* R.

Horminum virginianum, caule aphyllo, foliis quercinis, tubuloſo longo flore. *Moriſ. hiſt. 3. p. 395. f. 11. t. 13. f. 27.*

β. Horminum (*virginicum*) folliis cuneiformi-oblongis, caule bifolio. *Sp. plant. 832.*

Meliſſa atrorubens, bugulae folio. *Dill. elth. 219. t. 175. f. 216.*

Digitized by Google

Sideritis bugulae folio, mariana, floribus purpureis longo tubo donatis. *Pluk. mant.* 171.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 37.
Leyerblättrige Salbey. W.
Habitat in Virginia, Carolina. 4 (v. v.)
Horminum *β. huc referatur, quae eadem eſt planta, in Europa floribus clandeſtinis.*

*5. SALVIA *leucantha.*
S. foliis lineari-lanceolatis crenulatis rugoſis, floribus verticillato-ſpicatis, calycibus tomentoſis. W.
Salvia (*leucantha*) foliis lanceolatis longis rugoſis crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus tomentoſo-violaceis. *Cavan. Icon. rar.* 1. *p.* 16. *n.* 22. *t.* 24. * *Demonſtr. p.* 11. *vid. in folio*
Weifsblühende Salbey. W.
Habitat in Mexico. 4

*6. SALVIA *Habliziana.*
S. foliis linearibus integerrimis pubescentibus ſeſſilibus, floribus verticillato-ſpicatis, bracteis ovatis acuminatis. W.
Salvia taurica. *Habliz. taur. p.* 207. *n.* 33.
Hablizelſche Salbey. W.
Habitat in Tauria. 4 (v. ſ.)
Planta ſpecioſa. Caulis *obſolete tetragonus pubescens.* Folia *linearia anguſtiſſima ſeſſilia integerrima, ſuperne glabra, inferne pubescentia.* Spica *verticillata terminalis.* Verticilli *bracteis binis ovatis acuminatis calyce longioribus inſtructi.* Calyx *ut in S. officinali ſed major et viridis.* Corolla *S. officinalis ſed major. In foliorum axillis ſuperioribus rami ſaepius adſunt folioſi.* W.

7. SALVIA *officinalis.*
S. foliis lanceolato-ovatis crenulatis, verticillis pauciflo-ris, calycibus mucronatis. *Etling. Salv. n.* 1. *
S. foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff.* 12. *Hort. upſ.* 10. *Mat. med. p.* 39. *Blackw. t.* 10. *Mill. dict. n.* 1. *Hoffm. germ.* 10.
S. major. *Bauh. pin.* 237.
β. Salvia minor aurita et non aurita. *Bauh. pin.* 237. *Blackw. t.* 71. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 226.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 38.
Gemeine Salbey. W.
Habitat in Europa *auſtrali.* ♄ (v. v.)

Digitized by Google

*8. SALVIA *grandiflora.*

S. foliis cordato-oblongis crenatis, verticillis multifloris, calycibus acutis. *Etling. Salvia n.* 2. *

Salvia tomentosa. *Mill. dict. n.* 2.

S. flore magno. *Riv. monop. t.* 127.

β. S. latifolia serrata. *Bauh. pin.* 237.

S. serrata crispa. *Bauh. hist.* 3. *p.* 305. *Morif. hist.* 3. *p.* 399. *f.* 11. *tab.* 15. *f.* 7.

S. crispa. *Riv. monop. t.* 126.

Grosblütige Salbey. W.

Habitat — — — — ♄ (v. s.)

9. SALVIA *triloba.*

S. tomentosa, foliis petiolatis rugosissimis trilobis: lobo intermedio producto oblongo; lateralibus ovatis obtusis. *Lin. suppl.* 88.

S. (*auriculata*) foliis lanceolatis saepius auriculatis subtus tomentosis, floribus spicato-verticillatis, calycibus ventricosis. *Mill. dict. n.* 6.

S. (*baccifera*) foliis ovato-lanceolatis crenulatis obtusis tomentosis, verticillis paucifloris, calycibus acutis. *Etling. Salvia n.* 4. *

S. cretica pomifera. *Clus. hist.* 343. *Morif. hist.* 3. *p.* 399. *f.* 11. *tab.* 15. *f.* 4. *Pluk. alm.* 329. *t.* 57. *f.* 2.

S. baccifera. *Bauh. pin.* 237. *Tournef. inst.* 181. *Riv. monop. t.* 125.

S. cretica baccifera. *Cam. epit* 476. *ic. b.*

S. gallifera cretica. *Bauh. hist.* 3. *p.* 306.

S. quinquefolia. *Riv. monop. t.* 131.

Dreylappige Salbey. W.

Habitat in Creta, Syria. ♄ (v. v.)

10. SALVIA *pomifera.*

S. foliis cordato-ellipticis obtusis tomentosis, margine crenulato-undulatis, verticillis confertis, calycibus trifidis obtusis. *Willd. arb. berol. p.* 353.

S. foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus obtusis. *Hort. cliff.* 12. *Roy. lugdb.* 307. *Mill. dict. n.* 6.

S. (*fragifera*) foliis cordato-oblongis crenulatis obtusis tomentosis, floribus subspicatis, calycibus trifidis. *Etlinger Salvia n.* 5. *

S. cretica frutescens pomifera, foliis longioribus incanis et crispis. *Tournef. cor.* 10. *itin.* 1. *p.* 92. *t.* 92.

S. crispa. *Rivin monop. t.* 125.

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. p. 40.
Aepfeltragende Salbey. W.
Habitat in Creta, Palaeſtina, Syria. ♄ (v. f.)

11. SALVIA *urticifolia.*

S. foliis ovato-oblongis, duplicato ſerratis, calycibus tridentatis: lacinia ſumma tridentata. *Gron. virg.* 8.
S. foliis ovato-oblongis dentatis, petiolis alatis. *Etlinger Salvia. n.* 23. *
Horminum minus, betonicae folio, flore purpureo. *Pluk. alm.* 119. *t.* 420. *f.* 1?
Horminum virginianum erectum, urticae foliis, flore minore. *Morif. hiſt. 3. p.* 395. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 31.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 145.
Neſſelblättrige Salbey. W.
Habitat in Virginia, Florida. ♃
Corollae *minutae: Lab. ſuperiore brevi.* Piſtillum *labio ſuperiore longius.*

*12. SALVIA *occidentalis.*

S. foliis ovatis ſerratis, ſpicis laxis, bracteis cordatis ſubtrifloris. *Swartz prod. n.* 14.
S. ſpicata repens, meliſſae minoris folio, floribus faſciculatis alternis. *Brown. jam. p.* 117.
Weſtindiſche Salbey. W.
Habitat in inſulis Caribaeis. ♃ (v. f.)

*13. SALVIA *tiliaefolia.*

S. foliis cordatis rugoſis crenato-aequaliter ſerratis acutis, calycibus glabriuſculis ariſtatis. *Vahl. ſymbol. 3. p.* 7. *
S. (*polyſtachya*) caule orgyali tetragono, foliis ovato-acutis ſerratis, inferne glaucis, ſpicis numeroſis terminalibus. *Cavan. icon. 1. p.* 17. *n.* 25. *t.* 27?
Lindenblättrige Salbey. W.
Habitat — — — — ♃ (v. v.)
Differt a S. ſerotina, caule *minus piloſo, foliis non molliter villoſis, latioribus villoſis, ſerraturis aequalibus, lineis* calycinis *tantum piloſis, nec glutinoſo-viſcoſis.* Vahl. l. c.
Planta a Clariſſ. Cavanilles *deſcripta et depicta, mihi vix diverſa videtur, licet* folia *ovata,* ſpicae *breviores et* flores *majores ſint.* W.

14. SALVIA *ſerotina.*

S. foliis cordatis ſerratis mollibus, floribus racemoſo-ſpicatis: corollis vix calycem excedentibus. *Mant.* 25.

Jacq. Collect. 1. *p.* 140. * *Icon. rar.* 1. *tab.* 3. *Etlinger. Salv. n.* 12.

S. foliis cordato-ovatis ferratis rugosis, bracteis sub verticillis senis, calycibus tridentatis. *Ard. spec.* 1. *p.* 10. *t.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 167.

Späte Salbey. W.

Habitat in Chio? *Arduini.* ♂ ♄

Radix *biennis.* Caulis *suffruticosus, sesquipedalis, brachiatus, tetragonus, vix tomentosus;* ramis *inferioribus caulescentibus.* Folia *cordata, margine undulata tenuissime serrata, vix tomentosa, mollissima, subtus pallidiora.* Spicae *vix pedunculatae, verticillares.* Calyx *cylindricus, angustus, striatus, ore trifido: inferiore latiore.* Corolla *minuta, Ziziphorae magnitudine, vixque calycis ore major.* Odor *Nepetae, ingratus, validus.* Calyces *pedunculati bracteis minutis, ut vix conspicuis.*

*15. SALVIA *tenella.*

S. foliis cordatis, caule filiformi repente, spicis adscendentibus. *Swartz prod.* 14. *Swartz icon. tab.* 2.

Zarte Salbey. W.

Habitat in montibus altissimis Jamaicae *australis.* ⊙

16. SALVIA *viridis.*

S. foliis oblongis crenatis, corollarum galea semiorbiculata, calycibus fructiferis reflexis. *Kniph. orig. VIII. n.* 80. *Jacq. misc.* 2. *p.* 366. * *Icon. rar.* 1. *tab.* 4. *Etling. Salv. n.* 17.

S. foliis ovato-oblongis obtusis aequaliter crenatis, corollarum galea semiorbiculata. *Hort. upsal.* 11. *

Horminum coma viridi. *Tournef. inst.* 178.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 146.

Grüne Salbey. W.

Habitat in Italia. ⊙

17. SALVIA *Horminum.*

S. foliis obtusis crenatis, bracteis summis sterilibus majoribus coloratis. *Vir. cliff.* 4. *Hort. cliff.* 11. *Mat. med. p.* 40. *Roy. lugdb.* 310.

S. foliis oblongis crenatis obtusis, calycibus fructiferis deflexis, bracteis summis sterilibus majoribus coloratis. *Etling. Salv. n.* 16. *

Horminum sativum. *Bauh. pin.* 238. *Mill. dict. n.* 5.

Horminum verum Matthioli. *Gesn. fasc.* 17. *t.* 11. *f.* 21.

Digitized by Google

Horminum coma purpureo-violacea *Tournef. inſt.* 178.
Horminum creticum. *Alp. exot.* 113. *Barr. obſ.* 226. *ic.* 1233.
Horminum. *Dod. pempt.* 293. *Lob. ic.* 555. *Tabern. hiſt.* 764.
Sclarea minor, coma violacea. *Buxb. cent.* 4. *p.* 24. *t.* 39. *f.* 2.
β. Horminum coma rubra. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 509. *Tournef. inſt.* 178. *Riv. monop. t.* 59. *f.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 146.
Scharlach Salbey. W.
Habitat in Graecia, Apulia. ⊙ (v. v.)

*18. SALVIA *virgata.*

S. foliis oblongis cordatis rugoſis crenatis, pilis caulis calycisque apice glandulosis. *Aiton. Kewenſ.* 1. *p.* 39.
S. (*virgata*) foliis oblongis eroſis obtuſis glabris, ſpicis virgatis. *Etling. Salv. n.* 43. *
Salvia virgata. *Jacq. hort.* 1. *p.* 14. *t.* 37.
Horminum creticum. *Rivin monop. t.* 63.
Sclarea orientalis verbaſci folio, flore partim albo partim flavescente. *Tournef. Cor.* 10.
Langäſtige Salbey. W.
Habitat in Armenia. 4 (v. v.)

19. SALVIA *ſylveſtris.*

S. foliis cordatis rugoſis biſerratis, bracteis coloratis flore brevioribus acuminatis, pilis caulis calycisque ſimplicibus. *Aiton. Kewenſ.* 1. *p.* 39.
S. foliis cordato-lanceolatis undulatis biſerratis maculatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus. *Scop. carn. ed.* 2. *n.* 32. *Scholl. barb. n.* 25. *Jacq. auſt.* 3. *p.* 7. *t.* 212. *Roth. germ. I. p.* 11. *II. p.* 29. *Hoffm. germ.* 9. *Etling. Salv. n.* 37.
S. foliis ovato-lanceolatis acutis; bracteis flore brevioribus. *Crantz. auſtr. p.* 241. R.
Sclarea foliis cordato-lanceolatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus. *Mill. dict. n.* 7.
Horminum ſylveſtre ſaluifolium majus maculatum. *Bauh pin.* 239.
Horminum ſylveſtre V. altera ſpecies. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 31.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 147.
Wald-Salbey. W.
Habitat in Auſtriae *inferioris*, Bohemiae *agrorum marginibus, vineis. In* Germania. 4 (v. v.)

Digitized by Google

Hanc et ſequentem conjunxit Etlinger l. c., *quae tamen ambae diſtinctiſſimae ſunt.* W.

20. SALVIA *nemoroſa.*

S. foliis cordato lanceolatis ſerratis planis, bracteis coloratis, corollae labio infimo reflexo. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 226. *Roth. germ. I. p.* 11. *II. p.* 30. *Hoffm. germ.* 9.

S. foliis cordato-lanceolatis ſimpliciter ſerratis, ſtaminibus galeam aequantibus. *Zinn. goet.* 297.

Sclarea foliis cordato-oblongis crenatis glabris, floribus verticillato-ſpicatis. *Mill. dict. n.* 6.

Horminum ſylveſtre ſalvifolium minus. *Bauh. pin.* 239.

Sclarea, folio ſalviae, minor ſ. glabra. *Tournef. inſt.* 180.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 148.

Berg-Salbey. W.

Habitat in Auſtria, Tartaria. ♃ (v. v.)

Folia *radicalia cordata; caulina ovato-lanceolata, aequaliter ſerrata, ſupra nuda, ſubtus ſubtomentoſa.* Spicae *ante florescentiam exacte tetragonae, bracteis coloratis flore brevioribus.* Corollae *punctis impalpabilibus adſperſae; Labii inferioris medius lobus arcte ſub calyce reflexus.*

Hanc *cum praecedente unit Crantz. auſtr. p.* 242. R.

21. SALVIA *ſyriaca.*

S. foliis cordatis dentatis: inferioribus repandis, bracteis cordatis brevibus acutis, calycibus tomentoſis. *Sp. pl.* 36. *Etling. Salv. n.* 31.

Horminum ſyriacum. *Bauh. pin.* 238. *prodr.* 114. *t.* 114. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 5. *p.* 148.

Syriſche Salbey. W.

Habitat in Oriente, Palaeſtina. *Haſſelquiſt.* ♄ (v. ſ.)

Statura S. pratenſis. Caules *obtuſe angulati.* Folia *cordata, rugoſiſſima, ſubtomentoſa, repanda, dentata, obtuſe crenata.* Panicula *brachiata, virgata.* Bracteae *calyce breviores, cordatae.* Calyces *quinquefidi, aequales, acuminati, tomentoſi.* Corollae *albae, parvae.* Stylus *galea duplo longior.*

*22. SALVIA *viscoſa.*

S. foliis oblongis obtuſis eroſo-crenatis viscidis, floribus verticillatis, bracteis cordatis acutis. *Jacq. ic. rar.* 1. *t.* 5. *miſcell.* 2. *p.* 328. *

Klebrige Salbey. W.

Habitat in Italia. ♃ (v. v.)

Digitized by Google

23. SALVIA *haematodes.*

S. foliis cordato-ovatis rugosis tomentosis, calycibus hispidis, radice tuberosa. *Syst. Veg.* 65. *Scop. carn. ed.* 2. *n.* 36. *Etling. Salv. n.* 34. *

Horminum sanguineum, asphodeli radice. *Triumph. obs.* 69. *t.* 69.

Horminum sylvestre majus haematodes glabrum, flore coeruleo, italicum. *Barr. rar.* 234. *t.* 185.

Horminum sylvestre maculatum tuberosum. *Morif. hist.* 3. *p.* 394. *f.* 11. *tab.* 14. *f.* 15.

Sclarea asphodeli radice. *Tournef. inst. p.* 179.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 149.

Blutige Salbey. W.

Habitat in Italia; Istria. *Scop.* 4.

Caulis *erectus*, *viscidus*. Folia *cordata*, *repanda*, *rugosa*, *supra laevia maculis ferrugineis*: *suprema parva*, *sessilia*. Calyx *Lab. superiore supra concavo*, *carinato*, *obtuso*, *emarginato*; *Lab. inferiore bifido*. Corollae *caeruleae S. sylvestris*. *Lab. superiore falcato*; *Lab. inferiore trifido*: *media latissima*, *emarginata*, *saccata*, *reflexa*. Stylus *galea longior*: Antherae *coadunatae*, *nigrae*, *polline luteo*.

24. SALVIA *pratensis.*

S. foliis cordato-oblongis crenatis: summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis. *Flor. suec.* 2. *n.* 32. *Pollich. pal. n.* 28. * *Crantz. austr.* 243. *Pall. it.* 1. *p.* 73. *Blackw. t.* 258. *Roth. germ. I. p.* 12. *II. p.* 30. *Hoffm. germ.* 9. *Etling. Salv. n.* 40. *

S. foliis ovatis inciso-crenatis, verticillis subnudis. *Hort. cliff.* 12. *Flor. suec.* 1. *n.* 28. *Hort. upsal.* 10. *Roy. lugdb.* 310. *Dalib. paris.* 10.

S. foliis imis cordatis, superioribus longe lanceolatis, verticillis nudis, in spicam continuatis. *Hall. helu. n.* 253.

Sclarea pratensis. *Mill. dict. n.* 4.

Horminum pratense, foliis serratis. *Bauh. pin.* 238. *Riv. t.* 36.

Horminum sylvestre. *Camer. epit.* 629.

Orvala sylvestris species quarta. *Dod. pempt.* 293.

Gallitrichum sylvestre. *Morif. hist.* 3. *p.* 393 *f.* 11. *t.* 13. *f.* 10.

β. Sclarea major, foliis in profundas lacinias incisis. *Tournef. inst.* 179.

Digitized by Google

Horminum ſylveſtre foliis profundius inciſis. *Bauh. pin.* 239.

γ. Salvia *agreſtis* foliis cordatis: ſummis amplexicaulibus, corollarum galea labium aequante. *Amoen. acad.* 3. *p.* 399.

Horminum pratenſe niveum, foliis incanis. *Bauh. pin.* 238. *Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt.* 5. *p.* 150.

Wieſen-Salbey. W.

Habitat in Europae *pratis.* 4 (v. v.)

*25. SALVIA *bicolor.*

S. foliis ovatis eroſo-dentatis, floribus nutantibus, laciniis media labii inferioris corollae concava. W.

S. (*bicolor*) foliis ovato-oblongis ſublobatis, ramis virgatis, bracteis reflexis, floribus nutantibus, corollae labio intermedio ſaccato. *Desfont. in Fourcroy Journ. de decouv.* 3. 1792. *n.* 20.

Zweyfarbige Salbey. W.

Habitat in Barbaria *prope* Maſcar et Themſem. 4 (v.v.)

Planta *pulchra.* Folia *ſubcarnoſa.* Verticilli *ſexflori approximati.* Bracteae *binae longitudine pedunculorum ovatae acuminatae reflexae.* Calyx *ſtriatus piloſo-glanduloſus bilabiatus, labium ſuperius tridentatum, inferius biſidum.* Corolla *ſpecioſa colore* S. pratenſis *ſed duplo major et elegantior; labium ſuperius compreſſum emarginatum; labium inferius tripartitum, lacinia media nivea biloba concava adſcendens.* Stylus *longiſſimus exſertus.* W.

26. SALVIA *indica.*

S. foliis cordatis lateralibus ſublobatis: ſummis ſeſſilibus, verticillis ſubnudis remotiſſimis. *Mant.* 318. *Jacq. hort. t.* 78.

S. foliis cordatis ſinuato-dentatis, verticillis ſubnudis remotiſſimis. *Etling. Salv. n.* 39. *

S. foliis cordatis acute crenatis: ſummis ſeſſilibus, verticillis ſubnudis remotiſſimis. *Roy. lugdb.* 15. *Mill. dict. n.* 9. *ſub* Sclarea.

Sclarea indica, floribus variegatis. *Tournef. inſt.* 179.

Horminum hirſutum, flore violaceo, punctis aureis notato. *Morif. hiſt.* 3 *ſ.* 11. *t.* 15. *f.* 16.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 151.

Indiſche Salbey. W.

Habitat in India. 4 (v. v.)

Caulis *tripedalis, herbaceus, quadrangulus, obtuſus, albo-piloſus, uti petioli.* Folia *cordata, oblon-*

Digitized by Google

ga, rugosa, mudiuscula, subtus pilosa, lateralibus lobata, suberosa, petiolata: summo pari sessili. Folia floralia *cordata, sessilia, integra, acuta, parva.* Calyx *subcompressus: Lab. superiore 3-dentato: intermedia minore: Lab. inferiore bipartito, piloso, viscoso.* Corolla *magna, caerulea; Lab. superiore falcato compresso emarginato: L. inferiore trifido, intermedia magna saccata biloba; fundo albido: lobis maculis violaceis, margine albo, mox luteo: laciniis lateralibus horizontalibus lanceolatis porrectis replicatis; adeoque labium inferius repraesentat Fucum s. Apem.*

27. SALVIA *dominica.*

S. foliis cordatis obtusis crenatis subtomentosis, corollis calyce angustioribus. *Mill. dict. n.* 9. *Swartz. obs.* 18. *t.* 1. *f.* 1. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 152.

Domingische Salbey. W.

Habitat in campis et frutiçetis Indiae occidentalis. 4

28. SALVIA *Verbenaca.*

S. foliis serratis sinuatis laeviusculis, corollis calyce angustioribus. *Virid. cliff.* 17. *Gron. virg.* 8. *Roy. lugdb.* 309. *Dalib. paris.* 9. *Sauv. monsp.* 278. *Hoffm. germ.* 10. *Roth. germ. I. p.* 12. *II.* 32. *Etling. Salvia n.* 19. *

S. foliis pinnatim incisis glabris. *Hort. cliff.* 12.

S. foliis pinnatifido-sinuatis, corollae labiis approximatis. *Ger. prov.* 258.

Horminum verbenaceum. *Mill. dict. n.* 1.

Horminum sylvestre; Lavendulae flore. *Bauh. pin.* 239. *Rai. hist.* 245.

Horminum sylvestre minus, inciso folio, flore azureo. *Barr. ic.* 208.

Horminum, Verbenacae laciniis, angustifolium. *Triumf. obs.* 66. *t.* 66.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 152.

Orientalische Salbey. W.

Habitat in Europae *et* Orientis *pascuis.* 4 (v.v.)

29. SALVIA *scabra.*

S. scabra, foliis lyratis dentatis rugosis, caule paniculato-ramoso. *Lin. suppl.* 89.

Scharfe Salbey. W.

Habitat ad Cap. b. spei. ♄

30. SALVIA *runcinata.*

S. ſcabra, foliis runcinato-pinnatifidis dentatis, floribus ſpicatis verticillatis. *Lin. ſuppl.* 89.

Schrotſägenblättrige Salbey. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei.

31. SALVIA *clandeſtina.*

S. foliis ſerratis pinnatifidis rugoſiſſimis, ſpica obtuſa, corollis calyce anguſtioribus. *Sp. plant.* 36. *Etling. Salv. n.* 20. *

S. foliis pinnato-dentatis aſperis hirſutis, verticillis piloſis, floribus apetalis. *Zinn. goet.* 198.

Horminum ſylveſtre, inciſo folio, caeſio flore, italicum. *Barr. rar.* 24. *t.* 220.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 154.

Verborgenblütige Salbey. W.

Habitat in Italia, Africa. ♂

Herba S. *Verbenacae*, *foliis* S. *ceratophyllae*, *pumila.* Caules *tetragoni*, *obtuſi*, *villoſi*, *adſcendentes*, *ſpithamaei:* ramis *ſuperne ſaepius duobus.* Folia *oblonga*, *pinnato-ſinuata*, *rugoſiſſima*, *crenata*, *obtuſa*, *petiolata*, *in caule 2 ſ. 3 paria.* Spica *truncata*, *verticillis remotis.* Bracteae *cordatae*, *triflorae.* Calyces *pilis glutinoſis*, *labio ſuperiore plicato.* Corolla *violacea*, *vix calyce duplo longior; labii inferioris medio lobo albo.*

32. SALVIA *auſtriaca.*

Piper longum minimum herbaceum scandens rotundifolium. *Sloan. jam.* 45. *hist.* 1. *p.* 137.
Saururus minimus repens, foliis orbiculatis tumentibus, *Brown. jam.* 203. *n.* 6.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 3. *p.* 57.
Rundblättriger Pfeffer. W.
Habitat in Americae *calidioris montosis muscosis.*

39. PIPER *maculosum.*
P. foliis peltatis ovatis. *Sp. plant.* 42.
Saururus hederaceus, caulibus maculosis, major. *Plum. amer.* 60. *t.* 66.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 3. *p.* 58.
Fleckiger Pfeffer. W.
Habitat in Domingo.

40. PIPER *peltatum.*
P. foliis peltatis orbiculato-cordatis obtusis repandis, spicis umbellatis. *Mill. dict. n.* 5.
Saururus arborescens, foliis amplis rotundis et umbilicatis. *Plum. amer.* 56, *t.* 74.
Saururus foliis amplis orbiculato-cordatis peltatis, petiolis vaginantibus. *Brown. jam.* 203. *n.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst 3. *p.* 58.
Schildblättriger Pfeffer. W.
Habitat in Jamaica, Domingo. ♃

*41. PIPER *subpeltatum.* W.
P. foliis subpeltatis orbiculato-cordatis acuminatis, spicis umbellatis. W.
Lomba. *Rumph. amb.* 6. *p.* 153. *t.* 59. *f.* 1.
Halbschildblättriger Pfeffer. W.
Habitat in montosis nemorosis Amboinae, Baleyae. ♃

Digitized by Google

Medium tenet inter P. peltatum et umbellatum, differt a P. peltato: foliis *ſubpeltatis acuminatis, a P. umbellato vero:* foliis *ſubpeltatis*, caule *glabro.* W.

42. PIPER *diſtachyon.*

P. foliis ovatis acuminatis, ſpicis conjugatis, caule radicante. *Swartz. obſ.* 21.

P. foliis ovatis, ſpicis conjugatis. *Sp. pl.* 42.

Saururus hederaceus, caulibus maculoſis, minor. *Plum. amer.* 51. *t.* 67.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 59.

Zweyähriger Pfeffer, W.

Habitat in Americae *calidioris montibus.* ♃

43. PIPER *umbellatum.*

P. foliis orbiculato-cordatis acuminatis venoſis, ſpicis umbellatis, caule erecto ſulcato pubeſcente. W.

P. foliis cordatis ſubrotundis acutis venoſis, ſpicis umbellatis. *Sp. plant.* 43. *Swartz obſ.* 21. *Jacq. collect.* 2. *p.* 335. *

Saururus arborescens, foliis amplis cordatis non umbilicatis. *Plum. amer.* 53. *t.* 73.

P. longum, racemoſum malvaceum. *Sloan. hiſt.* 136.

Saururus foliis amplis orbiculato-cordatis, ſinu aperto, petiolis vaginantibus. *Brown. jam.* 203.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 59.

Doldenblütiger Pfeffer. W.

Habitat in Indiae occidentalis *ruderatis.* ♄

44. PIPER *trifolium.*

P. foliis ternis ſubrotundis, *Sp. plant.* 43.

Saururus hederaceus triphyllus, folio rotundo. *Plum. amer.* 52. *t.* 68.

Houttuyn Lin Pfl. Syſt. 3. *p.* 60.

Dreyblättriger Pfeffer. W.

Habitat in Americae *Gallia aequinoctiali.*

*45. PIPER *pereskiaefolium.*

P. foliis verticillatis ternis quaternisve ellipticis trinerviis glabris, ſpica terminali ſolitaria, caule maculato. W.

P. pereskiaefolium. *Jacq. collect.* 4. *p.* 126. *Icon. rar.*

Pereskienblättriger Pfeffer. W.

Habitat in inſula Venezula. ♃

*46. PIPER *polyſtachyon.*

P. foliis verticillatis rhombeo-ovatis integerrimis petiolatis trinerviis pubescentibus. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 49.

Digitized by Google

Piper obtuſifolium. *Jacq. collect.* 1. *p.* 141. *Icon. rar.* 1. *tab.* 9.
Vielähriger Pfeffer. W.
Habitat in Jamaica. 4 (v. ſ.)

47. PIPER *quadrifolium.*
P. foliis quaternis cuneiformibus obovatis emarginatis ſubſeſſilibus, caule erecto. *Swartz obſ.* 22. *
P. foliis quaternis cuneiformibus ſeſſilibus. *Sp. pl.* 43.
Piper foliis quaternis. *Plum. amer. t.* 242. *f.* 3.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 60.
Vierblättriger Pfeffer. W.
Habitat in Americae *meridionalis montibus nemoroſis altiſſimis.*

48. PIPER *verticillatum.*
P. foliis verticillatis quaternis ellipticis obtuſis trinerviis. W.
P. foliis verticillatis ovatis trinerviis. *Amoen. acad.* 5. *p.* 391. *
Saururus erectus minor, foliis orbiculatis verticillatis tumentibus, ſpicis terminalibus. *Brown. jam.* 204.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 60.
Wirtelblättriger Pfeffer. W
Habitat in Jamaica. ⊙ (v. ſ.)

*49. PIPER *ſtellatum.*
P. foliis verticillatis ſubquaternis oblongis acuminatis trinerviis.
Piper (*ſtellatum*) herbaceum, foliis verticillatis oblongis acuminatis trinerviis glabris, caule erecto. *Swartz prod.* 16. *Jacq. collect.* 2. *p.* 212. *Icon. rar.*
Sternblättriger Pfeffer. W.
Habitat in Jamaica. 4
Mihi a praecedente, ob folia *acuminata, et* ſpicas *triplo longiores, multoque craſſiores, diverſa videtur; licet* clariſſ. Dryander. Act. Soc. Linn. Lond. 2. p. 215. *hanc ſpeciem cum praecedente conjunxerit.* W.

*50. PIPER *reflexum.*
P. foliis quaternis rhombeis carnoſis reflexis patulisque, caule repente. *Swartz obſ.* 23. *
Piper (*reflexum*) foliis quaternis ovatis obtuſis reflexis, caule ſulcato. *Lin. ſuppl.* 91.
Piper (*tetraphyllum*) foliis quaternis rhombeis ſeſſilibus carnoſis. *Forſt. prod. n.* 25.
Zurückgebogener Pfeffer. W.

Digitized by Google

Habitat in India occidentali, *ad* Cap. b. ſpei, *et in inſulis* maris pacifici *ad arborum truncos muscoſos.*

*51. PIPER *pulchellum.*

P. foliis quaternis ſubſeſſilibus oblongis enerviis integerrimis, ſpicis terminalibus. *Aiton. Kewenſ.* 1. *p.* 50.

Schöner Pfeffer. W.

Habitat in Jamaica. 4 (v. ſ.)

*52. PIPER *filiforme.*

P. herbaceum, foliis linearibus obtuſis, ſummis verticillatis, caule filiformi repente. *Swartz prod.* 16. *Swartz Icon. t.* 6.

Fadenförmiger Pfeffer. W.

Habitat in Jamaica *inter muscos in montibus altis. Valde affinis praecedenti.* W.

Piperis *ſpecies, inprimis* Saururi Plum. *in ſolo natali examinandae, utrum differant a reliquis in partibus fructificationis.*

Pipera *et* Saururi *Auctorum habitu inter ſe differre videntur: fructificatio vero amborum vix diverſa; genus itaque non dilacerandum.* Swartz obſ. p. 23.

Digitized by Google

Classis III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Flores superi.*

75. VALERIANA. *Cor.* 5- fida basi gibba. *Semen* unicum.

84. MELOTHRIA. *Cor.* 5- fida rotata. *Bacca* trilocularis.

92. CROCVS. *Cor.* 6- partita, erecto - patula. *Stigmata* convoluta colorata.

95. ANTHOLYZA. *Cor.* 6- fida tubulosa recurvata: laciniis inaequalibus.

94. GLADIOLVS. *Cor.* 6- partita tubulosa: laciniis subaequalibus, superioribus convergentibus.

97. IRIS. *Cor.* 6- partita: laciniis alternis reflexis. *Stigma* petaloideum.

93. IXIA. *Cor.* 6- partita patens. *Stigmata* 3 simplicia.

*96. ARISTEA. *Cor.* 6- petala. *Styl.* declinatus. *Stigma* infundibuliforme hians.

98. MORAEA. *Cor.* 6- petala; petalis alternis inaequalibus patentibus.

100. DILATRIS. *Cor.* 6- petala hirsuta. *Filam.* tertium reliquis minus. *Stigma* simplex.

† *Boerhaavia excelsa, repanda, chaerophylloides, plumbaginea. Pontederia limosa.*

** *Flores inferi.*

*101. WITSENIA. *Cor.* 6- partita cylindrica. *Stigma* emarginatum. *Cal.* o.

*99. MARICA. *Cor.* 6- partita: laciniis alternis duplo minoribus. *Stigma* petaloideum trifidum laciniis indivisis. *Cal.* o.

103. WACHENDORFIA. *Cor.* 6- petala inaequalis. *Cal.* o.

*102. XIPHIDIVM. *Cor.* 6- petala aequalis. *Cal.* o.

104. COMMELINA. *Cor.* 6- petala: Petal. 3 s. 4 calyciformibus. *Nect.* cruciata pedicellata.

*76. OXYBAPHVS. *Cor.* 5- dentata infundibuliformis. *Cal.* 5- fid. *Nux* 5-gona calyce alata!

Digitized by Google

*78. MACROLOBIVM. *Cor.* 5-petala inaequalis. *Cal.* duplex: exterior 2- phyll. inter. 3- dentatus. *Legumen.*

*79. ROHRIA. *Cor.* 5- petala inaequalis. *Cal.* 5- partitus. *Stigmata* 3 revoluta. *Capſula?*

89. HIPPOCRATEA. *Cor.* 5- petala. *Cal.* 5- partit. *Capſ.* 3, bivalves.

*90. TONSELLA. *Cor.* 5-petala. *Cal.* 5- partit. *Nect.* urceolatum. *Bacca* 1-locul. 4-ſperma.

87. LOEFLINGIA. *Cor.* 5- petala. *Cal.* 5- phyllus. *Capſ.* 1- locularis.

83. WILLICHIA. *Cor.* 4- fida. *Cal.* 4- fidus. *Capſ.* 2- locularis.

105. CALLISIA. *Cor.* 3- petala. *Cal.* 3- phyllus. *Capſ.* 2- locularis.

*106. SYENA. *Cor.* 3- petala. *Cal.* 3- phyllus. *Capſ.* 3- valvis unilocularis.

80. RVMPHIA. *Cor.* 5- petala. *Cal.* 3- fidus. *Drupa* nuce 3- loculari.

*91. FISSILIA. *Cor.* 3-petala cohaerens: petalis 2, bifidis. *Cal.* urceolatus integer. *Stam.* 8; quorum 5 ſterilia. *Nux* 1- ſperma.

81. CNEORVM. *Cor.* 3- petala. *Cal.* 3- dentatus. *Bacca* 3- cocca.

107. XYRIS. *Cor.* 3- petala. *Cal.* 2- valvis. *Capſ.* 3- locularis.

82. COMOCLADIA. *Cor.* 3- partita. *Cal.* 3- partitus. *Stylus* 0. *Drupa.*

77. OLAX. *Cor.* 3- fida. *Cal.* integer. *Glans.*

85. ROTALA. *Cor.* 0. *Cal.* 3- dentatus. *Capſ.* 3- locul.

86. ORTEGIA. *Cor.* 0. *Cal.* 5- phyll. *Capſ.* 1- locul.

88. POLYCNEMVM. *Cor.* 0. *Cal.* 5- phyll, ſubtus 3- phyll. *Sem.* 1.

† *Tradescantia multiflora. Hirtella triandra. Fagara ſpinoſa, acuminata.*

*** *Flores graminei; valvulis Glumae calycinae.*

111. SCHOENVS. *Cor.* 0. *Cal.* paleis fasciculatis. *Semen.* ſubrotundum.

112. CYPERVS. *Cor.* 0. *Cal.* paleis diſtichis. *Sem.* nudum.

113. SCIRPVS. *Cor.* 0. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* nudum.

115. ERIOPHORVM. *Cor.* o. *Cal.* paleis imbricatis. *Sem.* lana cinctum.

*110. MAPANIA. *Cor.* o. *Cal.* 6- valvis. *Involucr.* triphyllum.

117. NARDVS. *Cor.* bivalvis. *Cal.* o. *Sem.* tectum.

*114. MIEGIA. *Cor.* 2- valvis. *Cal.* 2- valvis. *Nect.* 1- valve germen involvens.

109. KYLLINGIA. *Cor.* 2- valvis. *Cal.* 2- valvis. *Ament* imbricatum.

119. CENCHRVS. *Cor.* 2-valvis. *Cal.* 2-valvis. *Involucr.* 3 f. 4- florum laciniatum echinatum.

118. LYGEVM. *Cor.* 2- valvis. *Cal.* ſpatha. *Nux* 2-locularis.

116. POMMEREVLLIA. *Cor.* 3 f. 4 bivalves ariſtatae. *Cal.* turbinatus bivalvis.

108. FVIRENA. *Cor.* 3- valvis. *Cal.* o. *Ament.* imbricat, ſquamis ariſtatis.

DIGYNIA.

127. PANICVM. *Cal.* 3- valvis; tertio dorſali minori.

120. CORNVCOPIAE. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 1-valvis. *Involucrum* commune 1- phyllum multiflorum.

146. ARISTIDA. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* 1- valvis apice ariſtis tribus.

129. ALOPECVRVS. *Cal.* 2- valvis. *Cor.* 1- valvis apice ſimplici.

128. PHLEVM. *Cal.* 2- valvis truncatus, mucronatus ſeſſilis.

125. PHALARIS. *Cal.* 2- valvis: valvis carinatis, aequalibus, corollam includentibus.

126. PASPALVM. *Cal.* 2- valvis: valvis ſubrotundis figura corollae.

130. MILIVM. *Cal.* 2-valvis: valvis ventricoſis corolla majoribus, ſubaequalibus.

131. AGROSTIS. *Cal.* 2- valvis: valvis acutis corolla brevioribus.

137. DACTYLIS. *Cal.* 2-valvis: valva majore longiore compreſſa carinata.

141. STIPA. *Cal.* 2- valvis. *Corolla* ariſta terminali inarticulata.

143. LAGVRVS. *Cal.* 2- valvis villoſus. *Cor.* ariſtis 2 terminalibus et 1 dorſali.

Digitized by Google

122. SACCHARVM. *Cal.* 2- valvis lanugine extus veſtitus. *Cor.* 2-valvis.

*121. MVHLENBERGIA. *Cal.* 2- valvis. *Cor.* 2-valvis.

*123. PEROTIS. *Cal.* 0. *Cor.* 2-valvis lanugine extus veſtita.

*124. LEERSIA. *Cal.* 0. *Cor.* 2- valvis clauſa.

† *Arundo epigeios, calamagroſtis, arenaria.*

** *Flores biflori, vagi.*

132. AIRA. *Cal.* bivalvis. *Flosculi* absque rudimento tertii.

133. MELICA. *Cal.* 2-valvis. *Rudimentum* tertii inter floſculos.

† *Tripſacum hermaphroditum.*

*** *Flores multiflori, vagi.*

136. VNIOLA. *Cal.* multivalvis, carinatus.

135. BRIZA. *Cal.* 2- valvis. *Cor.* cordata: valvis ventricoſis.

134. POA. *Cal.* 2- valvis. *Cor.* ovata: valvis acutiuſculis.

139. FESTVCA. *Cal.* 2- valvis. *Cor.* oblonga: valvis mucronatis.

140. BROMVS. *Cal.* 2- valvis. *Cor.* oblonga: valvis ſub apice ariſtatis.

142. AVENA. *Cal.* 2- valvis. *Cor.* oblonga: valvis dorſo ariſta contorta.

144. ARVNDO. *Cal.* 2-valvis. *Cor.* baſi lanata, mutica.

*145. PAPPOPHORVM. *Cal.* 2- valvis. *Cor.* 2-valvis multiariſtata.

*153. LAPPAGO. *Cal.* ſubtrivalvis. *Cor.* 2-valvis reſupinata!

† *Dactylis glomerata.*

**** *Spicati Receptaculo ſubulato.*

148. ROTTBOELLIA. *Cal.* 1- florus rachi adpreſſus.

150. SECALE. *Cal.* biflorus.

152. TRITICVM. *Cal.* multiflorus.

151. HORDEVM. *Involucr.* hexaphyllum triflorum. *Flos* ſimplex.

149. ELYMVS. *Involucr.* tetraphyllum biflorum. *Flos* compoſitus.

Digitized by Google

147. LOLIVM. *Involucr.* monophyllum, uniflorum. *Flos* compositus.
138. CYNOSVRVS. *Involucr.* monophyllum, laterale. *Flos* compositus.

TRIGYNIA.

* *Flores inferi.*

157. HOLOSTEVM. *Cor.* 5- petala. *Cal.* 5- phyllus. *Capſ.* apice dehiscens.
159. POLYCARPON. *Cor.* 5- petala. *Cal.* 5- phyllus. *Capſ.* 3- valvis.
164. LECHEA. *Cor.* 3- petala. *Cal.* 5- phyllus. *Capſ.* 3- cocca.
154. ERIOCAVLON. *Cor.* 3- petala. *Cal.* compoſit. *Sem.* 1, coronatum corolla.
155. MONTIA. *Cor.* 1- petala. *Cal.* 2- phyllus. *Capſ.* 3- valvis, 3- ſperma.
161. MOLLVGO. *Cor.* nulla. *Cal.* 5- phyllus. *Capſ.* 3- locularis.
162. MINVARTIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5- phyllus. *Capſ.* 1- locularis, polyſperma.
163. QVERIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 5- phyllus. *Capſ.* 1- ſperma.
158. KOENIGIA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3- phyllus. *Sem.* 1, ovatum.

† *Tillaea.*

** *Flores ſuperi.*

*160. DONATIA. *Cor.* polypetala. *Cal.* 3- phyllus.
156. PROSERPINACA. *Cor.* nulla. *Cal.* 3- partitus. *Semen* 1, triloculare.

GRAMINA *reliqua ſecundum ſexum diſpoſita.*

Polygamia.
Aegilops.
Iſchaemum.
Apluda.
Holcus.
Andropogon.
Chloris.
Anthiſteria.
Maniſuris.

Monoecia 3.
3. *Olyra.*
Coix.
Tripſacum.
Zeugites.
6. *Zizania.*
Pharus.
Hexandria.
Gahnia.

Ehrharta.
Bambuſa.
Oryza.
Diandria.
Anthoxanthum.
Cryptſis.
Monandria.
Cinna.

Digitized by Google

MONOGYNIA.

75. VALERIANA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 60.

Cal. o. *Cor.* 1-petala, basi hinc gibba, supera. *Sem.* 1.

* *Valerianae, semine unico papposo.*

1. VALERIANA *rubra.*

V. floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 15. *Hort. upf.* 14. *Mill. dict. n.* 3.

V. foliis glaberrimis, floribus calcaratis. *Hall. helv. n.* 213

V. rubra. *Bauh. pin.* 165. *Riv. t.* 3. *Dod.* 91.

V. marina latifolia major rubra. *Morif. hift.* 3. *p.* 102. *f.* 7. *t.* 14. *f.* 15.

Phu peregrinum. *Camer. epit.* 24.

Houttuyn Lin. Pfl. Syft. 5. *p.* 175.

Rother Baldrian. W.

Habitat in Galliae, Helvetiae, Italiae, Orientis *ruderatis.* 2 (v. v.)

*2. VALERIANA *anguftifolia.*

V. floribus monandris caudatis, foliis linearibus integerrimis. *Mill. dict. n.* 4. *Allion. pedem. n.* 2.

Valeriana (*monandra*) foliis linearibus, flore calcarato. *Villars delph.* 2. *p.* 280.

V. foliis integris longiffimis et anguftiffimis, flore calcare donato. *Hall. hift.* 665.

V. marina anguftifolia. *Morif. hift.* 3. *p.* 102. *f.* 7. *t.* 14. *fig.* 16.

V. rubra anguftioribus et longioribus foliis. *Pluk.* 319. *t.* 232. *f.* 3.

V. rubra anguftifolia. *Bauh. pin.* 165. *prod.* 88. *Bauh. hift.* 3. *p.* 211.

Schmalblättriger Baldrian. W.

Habitat in alpibus Galliae, Helvetiae, Italiae. 2

Planta a praecedente diftinctiffima, foliis linearibus anguftiffimis. W.

3. VALERIANA *Calcitrapa.*

V. floribus monandris, foliis pinnatifidis. *Hort. upf.* 14. *Mill. dict. n.* 5.

V. foliis pinnato-laciniatis, floribus monandris. *Virid. cliff.* 4. *Hort cliff.* 16. *Sauv. monfp.* 275.

V. foliis calcitrapae. *Bauh. pin.* 164. *Morif. hift.* 3. *p.* 101. *f.* 7. *t.* 14. *f.* 7.

Digitized by Google

V. ſylveſtris, foliis tenuiſſime diviſis. *Bauh. pin.* 165.
V. annua ſ. aeſtiva. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 54.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 176.
Portugiſiſcher Baldrian. W.
Habitat in Luſitania, Oriente. ⊙ (v. v.)

4. VALERIANA *dioica.*

V. floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis. *It. oel.* 46. *Flor. ſuec.* 31. 35. *Pollich. pal. n.* 30. *Flor. dan. t.* 687. *Hoffm. germ.* 11. *Roth. germ. I. p.* 16. *II. p.* 37.
V. foliis caulinis pinnatis ſ. diſtincta. *Hort. cliff.* 16.
V. fol. caulinis pinnatis, polygama. *Virid. cliff.* 5. *Roy. lugdb.* 235.
V. foliis radicalibus petiolatis, ovatis, caulinis pinnatis, ſexubus diſtinctis. *Hall. helu. n.* 208.
V. paluſtris minor. *Bauh. pin.* 164.
V. paluſtris inodora parum laciniata. *Bauh. pin.* 86. *femina.*
V. alpina minor. *Bauh. pin.* 165. *prodr.* 87.
V. pratenſis minor. *Morif. umb. t.* 10. *d. e.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 177.
Kleiner Baldrian. W.
Habitat in Europae *et* Orientis *campis uliginoſis.* 2 (v. v.)
Ad marem *cum ſexu femineo imperfectiori pertinent:*
Phu minimum ſ. Valeriana montana paluſtris. *Camer. epit.* 23.
Valeriana minima. *Dod. purg.* 88.
Phu minus ſ. Valeriana minor. *Tabern.* 165. *Blackw. t.* 284.
Valer. minor. *Morif. umbellif. p.* 51. *t.* 10. *D. E.*
Femina *cum ſtaminum rudimento:*
Valeriana quarta omnium minutiſſima. *Trag.* 62.
V. paluſtris foliis ſubrotundis. *Loef.* 279. *ic.* 84.
V. ſylveſtris ſ. paluſtris minor altera. *Rai. angl.* 299.
V. flore exiguo. *Riv. t.* 2.
In Val. dioica *flores nunquam dioici, ſed hermaphroditi, ſeu monoici et omnes femina perfecta ferunt. Scop. l. c.*

*5. VALERIANA *capenſis.*

V. floribus triandris, foliis pinnatis, foliolis ovatis dentatis. *Thunb. prod.* 7.
Capiſcher Baldrian. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei.

Digitized by Google

6. VALERIANA *officinalis.*

V. floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Mat. med.* 42. *Hort. cliff.* 15. *Flor. fuec.* 30. 34. *Pollich. pal. n.* 31. *Gmel. fib.* 3. *p.* 120. *Blackw. t.* 271. *Hoffm. germ.* 11. *Roth. germ. I. p.* 16. *II. p.* 38.

V. foliis pinnatis, pinnis dentatis. *Hall. helu. n.* 210. *Oed. dan.* 570.

V. paluſtris major. *Bauh. pin.* 164. *prodr.* 86.

V. ſylveſtris major. *Bauh. pin.* 164. *Fl. lapp.* 13.

V. ſylveſtris. *Dod. pempt.* 349.

Phu germanicum. *Fuchs.* 857.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 178.

Gemeiner Baldrian. W.

Habitat in Europae *nemoribus paludoſis.* 4 (v. v.)

7. VALERIANA *Phu.*

V. floribus triandris, foliis caulinis pinnatis; radicalibus indiviſis. *Hort. upſ.* 13. *Mat. med. p.* 42. *Mill. dict. n.* 1. *Blackw. t.* 250. *Hoffm. germ.* 11. *Roth. germ. I. p.* 17. *II. p.* 39.

V. foliis infimis integris; proximis laciniatis; caulinis pinnatis. *Hort. cliff.* 15. *Roy. lugdb.* 234.

V. hortenſis. *Bauh. pin.* 164.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 180.

Groſser Baldrian. W.

Habitat in Alſatia, Sileſia. 4 (v. v.)

Caule non ſulcato et foliolis exterioribus majoribus a V. officinali etiam differt.

8. VALERIANA *tripteris.*

V. floribus triandris, foliis dentatis: radicalibus cordatis; caulinis ternatis ovato-oblongis. *Jacq. vind.* 210. *n.* 2. *Scop. carn. n.* 41. *Jacq. auſtr. t.* 3.

V. foliis radicalibus cordatis; caulinis tripteris. *Hall. helu. n.* 211.

V. floribus triandris, foliis radicalibus cordatis, aliis laciniatis. *Sauv. monſp.* 276.

V. alpina prima. *Bauh. pin.* 165. *prodr.* 86. *t.* 86.

V. alpina altera. *Bauh. pin.* 165.

V. alpina minor, planta palmaris. *Pluk. alm.* 380. *t.* 231. *f.* 7.

V. minima, planta uncialis. *Pluk. alm.* 380. *t.* 231. *f.* 8.

V. alpina ſaxatilis minor flore albo. *Barrel, t.* 742. *Hall.*

Nardus montana altera. *Moriſ. umb. p.* 51.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 181.

Dreyblättriger Baldrian. W.
Habitat in Alpibus Helvetiae, Auſtriae. 4 (v. ſ.)
Involucra *propria ſunt diphylla, ſetacea.*

9. VALERIANA *montana.*

V. floribus triandris, foliis ovato-oblongis ſubdentatis, caule ſimplici. *Jacq. vind.* 202. *auſt. cent.* 3. *t.* 269. *Scop. carn. n.* 42. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 121. *n.* 2.
V. foliis ovato-lanceolatis, obiter dentatis. *Hall. helu. n.* 212.
V. montana, ſubrotundo folio. *Bauh. pin.* 165.
V. alpina, ſcrophulariae folio. *Bauh. pin.* 164. *prod.* 87.*
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 181.
Berg-Baldrian. W.
H. in alpibus Helveticis, Rhaeticis, Pyrenaeis, Auſtriacis. 4 (v. ſ.)

10. VALERIANA *celtica.*

V. floribus triandris: foliis ovato-oblongis obtuſis integerrimis. *Jacq. vind.* 203. *Mat. med. p.* 42. *Scop. carn. n.* 45. *Mill. dict. n.* 7. *Jacq. collect.* 1. *p.* 24. *t.* 1. *
V. foliis integerrimis, radicalibus ovatis, caulinis linearibus obtuſis. *Hall. helu. n.* 209. *Dioica eſſe videtur Hall.*
Nardus ex Apulia. *Bauh.* 165.
Nardus celtica Dioſcoridis. *Bauh. pin. p.* 165.
Nardus celtica altera. *Bauh. pin.* 166.
Spica celtica faſtigio flosculorum ordine differens. *Cam. epit.* 14.
Nardus celtica ſ. alpina. *Chuſ. pann.* 514. 515.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 182.
Celtiſcher Baldrian. W.
H. in alpibus Helvetiae, Auſtriae, Valeſiae. 4 (v. ſ.)
Folia 2 *caulina linearia* obtuſa. Flores *verticillati.*

11. VALERIANA *tuberoſa.*

V. floribus triandris, foliis radicalibus lanceolatis integerrimis: reliquis pinnatifidis. *Ger. prov.* 218.
Nardus montana radice olivari. *Bauh. pin.* 165.
Nardus montana radice oblonga. *Ei. ib.*
Valeriana alpina minor. *C. B. a Burſero, cui radix ramoſa.*
Nardus montana longius radicata. *Cam. epit.* 16.
Houttuyn. Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 183.
Knolliger Baldrian. W.

Digitized by Google

Habitat in Dalmatia, Sicilia, Galloprovincia. 4 (v. f.)
Folia *caulina utrinque pinnis duabus.*

12. VALERIANA *ſaxatilis.*

V. floribus triandris, foliis ſubdentatis: radicalibus ovatis; caulinis lineari-lanceolatis. *Jacq. vind.* 204. *auſtr.* 3. *t.* 267. *Scop carn. ed.* 2. *n.* 43.

V. alpina nardo celticae ſimilis. *Bauh. pin.* 165.

V. ſylveſtris alpina 2. ſaxatilis. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 56. *bona.*

V. alpina nardo celticae ſimilis inodora. *Pluk. alm.* 380. *t.* 232. *f.* 2.

Nardo celticae ſimilis inodora. *Bauh. pin.* 165. *prodr.* 88. *Burſ. VIII.* 122.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 184.

Stein-Baldrian. W.

Habitat in alpibus Stiriae, Auſtriae, Baldi, Montalbani *Italiae.* 4 (v. f.)
Folia *caulina* 2 *oppoſita.* Rami *brachiati.*
Deſcriptio Valerianae *tertiae Flor. carn. ed.* 1. *p.* 35. *huc pertinet, non vero ſynonyma. Scop. l. c.* R.

13. VALERIANA *elongata.*

V. floribus triandris, foliis radicalibus ovatis; caulinis cordatis ſeſſilibus inciſo-ſubhaſtatis. *Jacq. auſtr.* 3. *t.* 219. *Scop. carn. n.* 44.

V. floribus triandris, foliis dentatis ſubovatis: ſummis baſi haſtato-inciſis, panicula elongata. *Jacq. vind.* 205. *t.* 1. *

Nardo celticae ſimilis alia. *Amoen. acad.* 1. *p.* 154.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 184.

Verlängerter Baldrian. W.

Habitat in alpibus Schneeberg *Auſtriae inferioris. Burſerus, Jacq.* 4 (v. f.)
Caulis *erectus, ſpithamaeus, ſimpliciſſimus.* Folia *radicalia ovata, integerrima, rarius ſubdentata, obtuſa, longius petiolata. Caulina ſeſſilia, oppoſita: oppoſitionibus* 2 *f.* 3, *majora, amplexicaulia, cordata, profunde dentata ſ. inciſa.* Racemus *terminalis, erectus, longus:* Pedicellis *oppoſitis, dichotomis, breviusculis:* Bracteis *linearibus.*

14. VALERIANA *pyrenaica.*

V. floribus triandris, foliis caulinis cordatis dentatis petiolatis: ſummis ternatis. *Sp. plant.* 46.

V. floribus triandris, foliis caulinis cordatis ſerratis petiolatis: ſummis ternatis. *Hort. cliff.* 15. *Roy. lugdb.* 235. *Monnier obſ.* 235. *Mill. dict. n.* 6.

Digitized by Google

V. maxima pyrenaica, cacaliae folio. *Tournef. inſt.* 131.
V. canadenſis. *Riv. mon.* 6.
V. orientalis, alliariae folio, flore albo. *Buxb. cent.* 2. *p.* 19. *t.* 11.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 185.
Pyrenäiſcher Baldrian. W.
Habitat in Pyrenaeis? 4 (v. ſ.)

15. VALERIANA *ſcandens.*
V. floribus triandris, foliis ternatis, caule ſcandente. *Loefl. it.* 235. †
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 186.
Rankender Baldrian. W.
Habitat in Cumana.
Paniculae *axillares.* Pappus *plumoſus.* Loefl. l. c.

16. VALERIANA *mixta.*
V. floribus triandris, caule quadrifido, foliis imis bipinnatifidis, ſeminis pappo plumoſo. *Sauv. monſp.* 275. †
Valerianella ſemine umbilicato hirſuto minore. *Morif. umb.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 186.
Gemiſchter Baldrian. W.
Habitat Monſpelii.

17. VALERIANA *ſupina.*
V. floribus tetrandris, involucellis hexaphyllis trifloris, foliis integris. *Mant.* 27. *Jacq. miſc.* 2. *p.* 114. *t.* 17. *f.* 2. *
V. *ſupina*, floribus tetrandris, caule repente, foliis radicalibus cuneiformibus emarginatis ciliatis. *Ard. Spec.* 2. *p.* 13. *t.* 3.
Valeriana ſaliunca. *Allion. ped. n.* 9. *t.* 10. *f.* 2. W.
V. alpina foliis integris, radice repente, indora. *Rai. hiſt.* 15.
V. montana minor italica, foliis integris, radice repente. *Barr. rar.* 15. *t.* 868. *ſed major.*
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 190.
Niedriger Baldrian. W.
Habitat in alpibus Italicis, Carinthiae. *Arduini.* 4 (v. ſ.)
Planta *pollicaris vix Bellide major, licet culta.* Folia *radicalia obovata, petiolata integerrima; caulina*

Valeriana *maxime omnium differt fructificatione;* Corolla *regulari ſ. irregulari.* Stamin. 1. 2. 3. 4. Fructu 1-*ſpermo ſ. diſpermo nudo, coronato, pappoſo etc.*

Digitized by Google

lanceolata, ſeſſilia. Corymbus *terminalis e pedunculis oppoſitis terminatis.* Involucro *hexaphyllo, lineari, trifloro.*

** *Fediae, fructu triloculari coronato.*

*18. VALERIANA *villoſa.*

V. floribus tetrandris aequalibus, foliis inferioribus auriculatis, ſuperioribus dentatis villoſis. *Thunb. jap.* 32. *t.* 6. *

Haariger Baldrian. W.

Habitat in Japonia.

*19. VALERIANA *polyſtachya.*

V. floribus triandris, foliis pinnatis, ſpica compoſita verticillata. *Smith. Icon. ined. faſc.* 3. *p.* 51. *t.* 51 *

Vielährigter Baldrian. W.

Habitat in agro Bonarienſi, *locis aquoſis.* 4?

20. VALERIANA *ſibirica.*

V. floribus tetrandris aequalibus, foliis pinnatifidis, feminibus paleae ovali adnatis. *Hort. upſ.* 13. *Gmel. ſib.* 3. *p.* 123. *t.* 24. *Kniph. orig. cent.* 5. *n.* 99.

Valeriana (*rupeſtris*) floribus pentapetalis ſaepius pentandris, foliis crebris pinnatifidis, feminibus folliculo paleaceo innatis. *Pall. itin.* 3. *p.* 215.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 191.

Sibiriſcher Baldrian. W.

Habitat in Sibiriae *campis.* ⊙ (v. f.)

*21. VALERIANA *ruthenica.*

V. floribus tetrandris, foliis ovatis carnoſis pinnatifido-dentatis, feminibus paleae ovali adnatis. W.

V. lutea humilis. *Amman ruth.* 18. *n.* 25. *t.* 3. *

Ruſſiſcher Baldrian. W.

Habitat in Sibiria. 4

Suadente Clariſſ. Pallas *hanc ſpeciem diſtinxi.* W.

*22. VALERIANA *carnoſa.*

V. floribus triandris, foliis ovalibus dentatis carnoſis glaucis. *Smith. Icon. ined. faſc.* 3. *p.* 52. *t.* 52. *

Fleiſchiger Baldrian. W.

Habitat in America *meridionali ad fretum* Magellanicum. 4

23. VALERIANA *Cornucopiae.*

V. floribus diandris ringentibus, foliis ovatis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 15. *Hort. upſ.* 13. *Roy. lugdb.* 235. *Kniph. orig. cent.* 10. *n.* 91. *Mill. dict. n.* 12. *Sabbat. hort. rom.* 2. *t.* 19.

Digitized by Google

V. peregrina purpurea albicans *Bauh. pin.* 164. *prod.* 87.
V. indica *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 54.
Pſeudo-Valeriana cornucopioides annua purpurea. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 104. *ſ.* 7. *t.* 16. *f.* 27.
Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 177.
Sicilifcher Baldrian. W.
Habitat in Armeniae, Mauritaniae, Siciliae, Hiſpaniae *arvis.* ☉ (v v.)
Pedunculi *incraſſati.* Semina *absque pappo.*

24. VALERIANA *echinata.*

V. floribus triandris regularibus, foliis dentatis, fructu lineari tridentato: extimo majore recurvato. *Sp. plant.* 47. *Kniph. orig. cent.* 10. *n.* 92.
V. floribus triandris, caule dichotomo, pedunculis conicis. *Ger. prov.* 218.
V. foliis dentato-ferratis, pedunculis conicis, ſeminibus tridentatis. *Sauv. monſp.* 130.
Valerianella echinata. *Bauh. pin.* 165.
Valerianella cornucopioides echinata. *Colum. ecph.* 1. *p.* 204. *t.* 206.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 190.
Stachlicher Baldrian. W.
Habitat in Italiae *et* Monſpelii *umbroſis.* ☉
Caulis *dichotomus.* Folia *lanceolata ſeſſilia obtuſe dentata.* Flores *e dichotomia ſolitarii ſeſſiles.* Fructus *linearis, apice tridentatus: dente exteriore majore recurvo.* Corolla *infundibuliformis, regularis quinquefida alba.* Stigma *trifidum.* Summi *flores in ſpicas dichotomas, coadunatas, obtuſas, bracteis et pedunculis incraſſatis digeſti; tanquam ex V. Locuſta matre et V. cornucopioide patre prognata eſſet.*

25. VALERIANA *olitoria.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis integerrimis, fructu nudo. W.
Valeriana (*Locuſta*) floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *Fl. ſuec.* 32. 36. *Hort. upſ.* 14. *Leers. herborn. n.* 28. *Roth. germ. I. p.* 17. *II.* 39. *Hoffm. germ.* 11.
V. caule dichotomo, foliis lanceolatis integris. *Vir. cliff.* 5.
Valeriana (*olitoria*) a fructu ſimplici. *Hort. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 235.
Valerianella foliis oblongis, rariter inciſis, ſeminis mucrone ſimplici. *Hall. helv. n.* 214. *Poll. palat. n.* 32. *Mattuſch. ſil.* 1. *n.* 30. *Kniph. cent.* 3. *n.* 95.

Digitized by Google

V. campeſtris inodora major. *Bauh. pin.* 165.
Lactuca agnina 1. *Tabern.* 167.
β. Foliis ſummis dentatis.
Lactuca agnina 2. *Tabern.* 167.
Phu minimum alterum. *Lob. ic.* 717.
Locuſta minor. *Rivin. tab.* 6.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 187.
Rapunzel Baldrian. W.
Habitat inter ſegetes Europae. ⊙ (v. v.)

26. VALERIANA *dentata.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis integerrimis, fructu tridentato, dentibus binis breviſſimis. W.
Valeriana Locuſta ∂ dentata. *Sp. plant.* 48. *Roth. germ. I. p.* 17. *II.* 39.
V. caule dichotomo, foliis oblongis ſubferratis, ſeminis corona tridentata. *Dalib. pariſ.* 12. *Scop. carn. ed.* 2. *n.* 46. *Hoffm. germ.* 12.
V. altera nudo et umbilicato ſemine. *Colum. ecph.* 206.
Valerianella foliis oblongis ſerratis, ſemine tridentato. *Hall. helu. n.* 215. *Pollich. pal. n.* 35.
Valerianellae vulgaris ſpecies major ſerotina. *Ray. ſyn.* 201.
Locuſta major. *Riv. monop.* 6.
Gezähnter Baldrian. W.
Habitat inter ſegetes Germaniae, Galliae, Italiae. ⊙ (v. v.)
Simillima praecedenti, differt vero: caule *altiore magis divaricato, et* fructus *ſtructura. Variat foliis ſubdentatis.* W.

27. VALERIANA *veſicaria.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu inflato globoſo. W.
Valeriana Locuſta β veſicaria. *Sp. plant.* 47. *Hoffm. germ.* 11.
V. caule dichotomo, foliis lanceolatis ſerratis, calycibus inflatis. *Hort. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 235. *Mill. dict. n.* 10. *Kniph. orig. cent.* 8. *n.* 98.
V. cretica, fructu veſicario. *Tournef. cor.* 6. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 75. *t.* 75.
Blaſen Baldrian. W.
Habitat in Creta. ⊙ (v. v.)
Calyx *inflatus, dentibus ſetaceis* 6. *inflexis.* Involucella 5-*phylla* 3-*flora.*

Digitized by Google

28. VALERIANA *coronata.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu ſexdentato. W.

Valeriana Locuſta γ coronata. *Sp. plant.* 48.

V. caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu ſexdentato. *Hort. cliff.* 16. *Roy. lugdb.* 235. *Mill. dict. n.* 11.

V. ſemine ſtellato. *Bauh. pin.* 165.

Valerianella altera tenuifolia ſemine ſcabioſae ſtellatae. *Colum. ecph,* 1. *p.* 207. *t.* 209.

Gekrönter Baldrian. W.

Habitat in Luſitania. ⊙ (v. v.)

29. VALERIANA *diſcoidea.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu duodecimdentato, dentibus uncinatis. W.

Valeriana Locuſta ζ diſcoidea. *Sp. plant.* 48.

Pſeudo-Valeriana annua, ſemine coronato, major luſitanica. *Morif. hiſt.* 3. *p.* 104. *ſ.* 7. *t.* 16. *f.* 29.

Zwölfzähniger Baldrian. W.

Habitat in Italia, Hiſpania. ⊙ (v. v.)

30. VALERIANA *radiata.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis oblongis obtuſis, capitulis involucratis. W.

Valeriana Locuſta ε radiata. *Sp. plant.* 48.

V. caule dichotomo, capitulis terminalibus involucro cinctis, foliis oblongis obtuſis. *Walt. carol.* 66.

V. caule dichotomo, capitulis terminalibus involucro cinctis. *Gronov. virg.* 10.

V. marilandica, foliis oblongis obtuſis. *Raj. ſuppl.* 2. *p.* 44.

Geſtrahlter Baldrian. W.

Habitat in America boreali. ⊙

31. VALERIANA *pumila.*

V. floribus triandris, caule dichotomo, foliis imis dentatis, ſummis linearibus multifidis. *Sauv. monſp.* 13. *Gouan. hort.* 23.

Valeriana Locuſta η mutica. *Sp. pl.* 1676.

V. ſemine umbilicato rotundo nudo. *Tourneſ. inſt.* 132.

Phu minimum. *Lob. icon.* 716.

Zwerg Baldrian. W.

Habitat Monſpelii. ⊙

Digitized by Google

Planta vix tripollicaris.

Species 25-31. Linnaeus *pro varietatibus unius ſpeciei habet, et ſub nomine* Valerianae Locuſtae *conjunxit, ſed re vera cultura non mutantur et e ſeminibus educatae conſtanter faciem ſervant.* W.

Valerianae fructu triloculari non inmerito genus proprium conſtituunt. W.

* 76. OXYBAPHVS.

L'Herit. monograph.

Cal. 5- fidus campanulatus. *Cor.* infundibuliformis. *Nux* 5- gona 1- ſperma calyce explanato perſiſtenti circumdata.

*1. OXYBAPHVS *viscoſus.*

O. viscoſus. *l'Herit. monographia c. icone.*

Mirabilis (*viscoſa*) floribus racemoſis; foliis cordatis, orbiculato-acutis tomentoſis. *Cav. Icon. I. n.* 17. *t.* 19.*

Klebrige Sauerwurz. W.

Habitat in Peru. 4 (v. ſ.)

Genus Mirabili proximum numero ternario ſtaminum et calyce in fructu peltato amplificato diſtinctum. Interdum 4 *ſtamina numeravit* Çavanilles. W.

77. OLAX.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 61.

Cal. integer. *Cor.* infundibuliformis, 3- fida, Nectario 4- phyllo.

1. OLAX *zeylanica.*

Olax. *Fl. zeyl.* 34. * *Amoen. acad.* 1. *p.* 187. *Vahl. ſymbol.* 3. *p.* 7. *

Arbor ſtercoraria Zeylanica glandifera. *Burm. Zeyl.* 26.

Malla holla. *Herm. Zeyl.* 13. *Burm. ind.* 17.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 1. *p.* 221.

Zeylaniſches Stinkholz. W.

Habitat in Zeylona. ♄

Arbor *ramis flaccis rugoſis* (*Viſci*) *alternis.* Folia *ovata glabra avenia alterna integerrima petiolata.* Pedunculi *breviſſimi ſubramoſi ex alis foliorum.* Fl. zeyl.

Digitized by Google

* 78. MACROLOBIVM.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 62.

Cal. duplex: exterior 2- phyllus, interior turbinatus oblique 5-dentatus. *Cor.* 5- petala inaequal. *Legum.* monoſpermum.

*1. MACROLOBIVM *pinnatum.* W.

M. tetrandrum, ſtamine unico ſterili, foliis pinnatis. W.

Outea gujanenſis. *Aubl. guj.* 1. *p.* 29. *tab.* 9.

Gefiederte Groslappe. W.

Habitat in ſylvis Gujanae. ♄

Folia *alterna abrupte pinnata, foliolis quaternis ellipticis integerrimis retuſis.* Racemi *axillares.* Stamina *longiſſima.* W.

*2. MACROLOBIVM *Hymenaeoides.* W.

M. triandrum, foliis binatis, foliolis ovatis acuminatis obliquis, legumine oblongo baſi tricarinato. W.

Vouapa bifolia. *Aubl. guj.* 1. *p.* 25. *t.* 7.

Locuſtbaumartige Groslappe. W.

Habitat in ſylvis Cajennae Gujanae *ad ripas fluviorum.* ♄

Folia *alterna binata, foliolis ovatis acuminatis integerrimis obliquis venoſis.* Racemi *axillares et terminales.* Legumen *compreſſum oblongum acutum, margine inferiore tricarinato.* W.

*3. MACROLOBIVM *ſphaerocarpum.* W.

M. triandrum, foliis binatis, foliolis ovatis acuminatis reticulatis, legumine ſubrotundo compreſſo. W.

Vouapa Simira. *Aubl. guj.* 1. *p.* 27. *t.* 8.

Rundfrüchtige Groslappe. W.

Habitat in ſylvis Gujanae. ♄

Folia *alterna binata, foliolis ovatis acuminatis integerrimis venoſo-reticulatis.* Racemi *axillares et terminales.* Legumen *compreſſum ſubrotundum.* W.

* 79. ROHRIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 63.

Cal. campanulat. 5- partit. *Cor.* 5- petala inaequalis. *Stigmata* 3 revoluta. *Capſula?*

*1. ROHRIA *petioliflora.* W.

Tapura gujanenſis. *Aubl. guj.* 1. *p.* 126. *t.* 48.

Blattſtielblütige Rohrie. W.

Digitized by Google

Habitat in ſylvis Gujanae. ♄

Frutex *ramoſus*. Folia *alterna petiolata oblonga acuminata integerrima venoſo-reticulata*. Petioli *floriferi*. Flores *flavi minuti ad apicem petioli et baſin folii congeſti in racemos parvos breviſſimos quadri- vel quinquefloros*. W.

80. RVMPHIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 64.

Cal. 3-fidus. *Petala* 3. *Drupa* 3-locularis.

1. RVMPHIA *amboinenſis*.

Myxa pyriformis, oſſiculo triſpermo. *Raj. hiſt.* 156.
Tſiem-tani. *Rheed. mal.* 4. *p.* 25. *t.* 11.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 1. *p.* 223.
Amboiniſche Rumphie. W.
Habitat in India. ♄

Arbor *procera*, *cortice cinereo*. Folia *alterna petiolata cordata acuta denticulata ſcabra*. Racemi *axillares*. W.

81. CNEORVM.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 65.

Cal. 3-dentatus. *Petala* 3, aequalia. *Bacca* 3-cocca.

1. CNEORVM *tricoccon*.

Cneorum. *Hort. cliff.* 18. *Boy. lugdb.* 119. *Mill. dict. n.* 1. *Kniph. orig. cent.* 2. *n.* 17.
Chamaelea tricoccos. *Bauh. pin.* 462.
Chamaelea. *Cam. epit.* 973.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 3. *p.* 62.
Spaniſcher Zeiland. W.
Habitat in Hiſpaniae, Narbonae *glareoſis*. ♄ (v. v.)

Frutex *parvus ſempervirens*. Folia *alterna lanceolata obtuſa*. Flores *axillares*. W.

82. COMOCLADIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 66.

Cal. 3-partitus. *Cor.* 3-partita. *Drupa* oblonga: nuce biloba.

1. COMOCLADIA *integrifolia*.

C. foliis pinnatis, foliolis petiolatis ovatis acuminatis integerrimis. W.

Digitized by Google

C. foliolis integris. *Jacq. amer.* 12. *Mill. dict. n.* 1.
C. caudice ſimplici, floribus confertis ſeſſilibus, racemis alaribus. *Brown. jam.* 124.
Prunus racemoſa, caudice non ramoſo, alato fraxini folio non crenato, fructu rubro ſubdulci. *Sloan. jam.* 184. *hiſt.* 2. *p.* 131. *t.* 222. *f.* 1. *Rai. dendr.* 44.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 1. *p.* 225.
Ungezähnte Comocladie. W.
Habitat in America *calidiore.* ♄

2. COMOCLADIA *dentata.*

C. foliis pinnatis, foliolis petiolatis oblongis ſpinoſo-dentatis baſi cureatis. W.
C. foliolis ſpinoſo-dentatis. *Jacq. amer.* 13. *t.* 173. *f.* 4. *Mill. dict. n.* 2.
Houttuyn. Lin. Pſl. Syſt. 1. *p.* 227.
Gezähnte Comocladie. W.
Habitat in America meridionali. ♄
Arbor *odore ſtercoris.* Succus *niger vix eluendus.*

3. COMOCLADIA *ilicifolia.*

C. foliis pinnatis, foliolis ſeſſilibus ovatis tridentatis baſi ſubrotundis. W.
Comocladia (*ilicifolia*) foliolis anguloſo-ſpinoſis. *Swartz prod.* 17.
Ilex (*Dodonaea*) foliis pinnatis. *Lin. Sp. Plant.* 182.
Dodonaea aquifolii folio tricuſpidato. *Plum. gen.* 20. *icon. p.* 108. *t.* 118. *f.* 1.
Hülſenblättrige Comocladie. W.
Habitat in inſulis Caribaeis *et* Antigua. ♄
Folia *pinnata: foliolis* 21 *ſeſſilibus. rigidis ovatis acuminatis, in medio utrinque denticulo angulatis.* Flores *racemoſi ut in Rhoe.*

*4. COMOCLADIA *anguloſa.* W.

C. foliis pinnatis: foliolis ſeſſilibus ſubrotundis ſpinoſo-dentatis. W.
Comocladia. *Lamarck. encyclop. tab.* 27. *f.* 2.
Dodonaea aquifolii folio anguloſo et aculeato. *Plum. gen.* 20.
Eckige Comocladie. W.
Habitat in America. ♄

Digitized by Google

83. WILLICHIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 67.

Cal. 4- fidus. *Cor.* 4- fida. *Capſ.* 2- locularis, polyſperma.

1. WILLICHIA *repens*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 192.

Kriechende Willichie. W.

Habitat in Mexico. ⊙ *Mutis.*

Radix *fibroſa.* Caulis *repens, filiformis, ramoſus, herbaceus, hirſutus, ſubbipedalis.* Folia *alterna, petiolata, remotiuſcula, orbiculata, ſubpeltata, crenata, pollicaria, hirſuta, ſubtus rubescentia.* Petioli *longiſſimi, hirſuti, craſſi.* Pedunculi *axillares, gemini, uniflori, filiformes, hirſuti, longitudine petiolorum.* Flores *parvi, roſei, calyce hirſuto. Mant.* 533.

84. MELOTHRIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 68.

Cal. 5-fidus. *Cor.* campanulata, 1-petala. *Bacca* 3- locularis, polyſperma.

1. MELOTHRIA *pendula.*

Melothria. *Hort. cliff.* 490. *Hort. upſ.* 15. *Gron. virg.* 10. *Kniph. orig. cent.* 4. *n.* 49. *Swartz. obſ.* 26.

M. ſcandens, foliis obtuſe triangularibus ſubcrenatis, fructu glabro. *Brown. jam.* 124.

Cucumis parva repens virginiana, fructu minimo. *Pluk. alm.* 123. *t.* 85. *f.* 5.

Cucumis minima, fructu ovali nigro laevi. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 227. *t.* 142. *f.* 1.

Bryonia, olivae fructu, minor. *Plum. ſpec.* 3. *ic.* 66. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 193.

Rankender Kümmerling. W.

Habitat in Canada, Virginia, Jamaica. ⊙ (v. v.)

Pedunculi *filiformes, laxi, uniflori. Vidi duos flores maſculos, praeter hermaphroditos, ſemel.*

85. ROTALA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 69.

Cal. 3- dentatus. *Cor.* 0. *Capſ.* 3- locularis, polyſperma.

1. ROTALA *verticillaris.*

Rotala foliis verticillatis. *Mant.* 175.

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 195.
Indiſcher Wirtel. W.
Habitat in India orientali. ⊙ (v. ſ.)

Radix *ſimplex, repens.* Caulis *adſcendens, palmaris, teres, articulatus, laevis.* Rami *ſimpliciſſimi, ſtricti; inferiores oppoſiti; ſuperiores alterni, rariores: articulis inferne teretibus; ſuperne ſubtetragonis.* Folia *quaterna (rarius in ramis 5-8), ſeſſilia, linearia, acutiuscula, laevia, ſubcarinata, patentia.* Flores *quaterni (ex ſingulis foliorum alis ſinguli), ſeſſiles, minuti.* Calyx *totam capſulam obveſtiens, tenuiſſime membranaceus.* Fructus *magnitudine ſeminis Sinapios.* Verticilli *remoti.*

86. ORTEGIA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 70.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 1-locularis. *Sem.* plurima.

1. ORTEGIA *hiſpanica.*

O. caule ramoſo, pedunculis multifloris. W.
O. floribus ſubverticillatis, caule ſimplici. *Mant.* 320. *Loefl. it.* 112. *Cavan. ic.* 1 *p.* 35. *t.* 47. *
Rubia linifolia aſpera. *Bauh. pin.* 333. *Rai. hiſt.* 1033.
Juncaria ſalmantica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 174.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 196.
Spaniſche Ortegie. W.
Habitat in Caſtilia, Baetia, Salmanca. 4 (v. ſ.)

2. ORTEGIA *dichotoma.*

O. caule dichotomo, pedunculis unifloris. W.
O. floribus ſolitariis axillaribus, caule dichotomo. *Syſt. Veg. p.* 75. *Allion. pedem.* 2061.
O. dichotoma, axillis foliorum ſubhiſpidis. *Allion. ſtrip. ped.* 176. *t.* 4. *f.* 1.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 196.
Gabelförmige Ortegie. W.
Habitat in Italia. 4

Radix *perennis.* Statura *Galii.* Caulis *erectus, rigens, ſcabriuſculus, utrinque canaliculatus, geniculis incraſſatis.* Folia *oppoſita linearia, patentia, dorſo minime glabra.* Stipulae *binae utrinque inter foliorum oppoſitiones, minutae, ſetaceae, baſi craſſiuscula colorata.* Rami *alterni,* Panicula *terminalis,* Flores *di-*

Digitized by Google

chotomi breviſſime pedunculati, virides. Stylus *filiformis.* Stigmata 3, *diſtincta, oblonga, pubescentia, ſingula ſtylo craſſiora.* Affinis *maxime Polycarpo.*

87. LOEFLINGIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 71.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, minima. *Capſ.* 1-locularis, 3-valvis.

1. LOEFLINGIA *hiſpanica.*

L. foliis ſubulatis mucronatis, floribus axillaribus ſeſſilibus. W.

Loeflingia. *Act. Stockh.* 1768. *Loefl. it.* 113. *t.* 1. *f.* 2. * *Cavan. ic.* 1. *p.* 64. *t.* 94. *

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 198.

Spaniſche Loeflingie. W.

Habitat in Hiſpaniae *collibus apricis.* ⊙ (v. v.)

Folia *oppoſita, mucronata.* Rami *proſtrati, alterni, pubescentes, viscidi.* Facies *Scleranthi.*

2. LOEFLINGIA *indica.*

L. foliis oblongis, floribus axillaribus cymoſis. W.

Loeflingia (*indica*) caulibus depreſſis, foliis ſubtetragonis lanceolatis, ſtipulis ſcarioſis, pedunculis dichotomis. *Retz. obſ.* 4. *p.* 8.

Pharnaceum (*depreſſum*) pedunculis unifloris lateralibus, foliis lanceolatis pubescentibus. *Mant. alt. p.* 564.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 6. *p.* 219.

Indiſche Loeflingie. W.

Habitat in India orientali, *locis exaridis.* (v. ſ.)

Caules *numeroſi proſtrati depreſſi ſimplices ſpithamaei teretes pubescentes.* Ramorum *rudimenta alterna axillaria.* Folia *quaterna et bina ex axillis plura, lanceolata baſi anguſtiora ſubſeſſilia pubescentia, ſuffulta.* Stipulis *ſolitariis parvis ſcarioſis membranaceis.* Paniculae *quaſi terminales dichotomae inaequales.* Flores *quinquepartiti ſubſeſſiles cinerei, margine bracteisque ſcarioſo-membranaceis, ſimilibus ſtipulis.* Stylus *trifidus.* Planta *Mollugini ſimilis.* Florens *die ſereno.* Mant.

Calyx *pentaphyllus, foliolis carina viridi-nigricante, margine lato ſcarioſo.* Corolla *calyce minor purpurea.* Capſula *unilocularis polyſperma.* Retz. l. c.

Digitized by Google

88. POLYCNEMVM.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 72.

Cal. 3-phyllus. *Pet.* 5, calyciformia. *Sem.* 1, ſubnudum.

*1. POLYCNEMVM *monandrum.*

P. monandrum, foliis linearibus acutis caule erecto. W.

Polycnemum monandrum. *Pall. it. 1. app. n. 94. tab. G. fig. 1.* *

Einfädiges Knorpelkraut. W.

Habitat in Sibiria *locis aridis ſubſalſis infra fortalitium* Calmaccium. 4 (v. ſ.)

*2. POLYCNEMVM *ſcleroſpermum.*

P. diandrum, foliis teretibus carnoſis, caule erecto ramoſo. W.

Polycnemum ſcleroſpermum. *Pall. itin. 3. app. n. 84. t. M. fig. 2. E. e.* *

Fleiſchiges Knorpelkraut. W.

Habitat in limoſis ſalſis Sibiriae *ad* Jaikum *et circa lacum* Altan. ⊙ (v. ſ.)

3. POLYCNEMVM *arvenſe.*

P. triandrum, foliis ſubulatis triquetris, caule diffuſo. W.

Polycnemum. *Sauv. monſp. 45. Gouan. hort. 24. Hall. helv. n. 1570. Leers herborn. n. 31.* * *Jacq. auſtr. t. 365. Roth. germ. I. p. 18. II. p. 45. Hoffm. germ. 12.*

Salſola caule repente, foliis et ſtipulis ſeſſilibus ſubulatis cartilagineis. *Dalib. pariſ. 80.*

Chenopodium foliis ſubulatis priſmaticis, floribus ſolitariis ſeſſilibus axillaribus. *Guet. ſtamp. 14.*

Chenopodium annuum humifuſum, folio breuiori et capillaceo. *Tournef. inſt. 506.*

Camphorata congener. *Bauh. pin. 486.*

Herniaria foliis longis anguſtis acuminatis et glabris. *Magn. char. 51.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt 5. p. 149.

Acker-Knorpelkraut. W.

Habitat in Galliae, Italiae, Germaniae arvis. ⊙ (v. v.)

*4. POLYCNEMVM *ſalſum.* W.

P. triandrum, foliis filiformibus carnoſis vaginantibus, caule diffuſo. W.

Polycnemum triandrum. *Pall. itin. 1. app. n. 95. tab. G. fig. 2. et. H. fig. 1.* *

Digitized by Google

Salz-Knorpelkraut. W.
Habitat in locis arenoſis ſubſalſis humidis Sibiriae.
4 (v. ſ.)

*5. POLYCNEMVM *oppoſitifolium*. Pahl Enum. I.
P. pentandrum, foliis oppoſitis carnoſis ſemicylindricis, caule erecto. W. ☿
Polycnemum oppoſitifolium. *Pal. itin.* 1. *app.* 98. *t. H. fig.* 2. * Polycnemum brachiatum Pallas Illustr.
Fünffädiges Knorpelkraut. W.
Habitat in ſalſis et paludoſis verſus Mare caſpium.
⊙ (v. ſ.)

89. HIPPOCRATEA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 73.

Cal. 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 3, obcordatae.

1. HIPPOCRATEA *volubilis*.
H. foliis ovatis acutis crenatis, racemis corymboſis axillaribus. W.
Hippocratea (*volubilis*) racemis corymboſis, foliis ovato-lanceolatis ſerratis. *Swartz. prod.* 17.
Hippocratea. *Jacq. amer. t.* 9. *Hort. cliff.* 484. *Swartz. obſ.* 28.
β. Coa ſcandens, fructu trigemino ſubrotundo. *Plum. gen.* 8. *ic.* 88.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 64.
Kletternde Hippocratee. W.
Habitat in America auſtrali. ♄ (v. ſ.)
Planta Jacquini *habet* fructus *obcordatos*, *in* Plumerii *planta* fructus *vero eſt obtuſus ellipticus. An diſtincta ſpecies?* W.

*2. HIPPOCRATEA *indica*. W.
H. foliis ellipticis obtuſiusculis crenulatis, corymbis axillaribus. W. †
Indiſche Hippocratee. W.
Habitat in India orientali. ♄ (v. ſ.)

*3. HIPPOCRATEA *comoſa*.
H. paniculis comoſis, pedunculis multifidis capillaribus, foliis ovatis acuminatis integris. *Swartz prod.* 17.
Coa ſcandens, fructu ampliſſimo ſingulari. *Plum. ic.* 77. *tab.* 86. *f. A B.*
Bejuco pendulus, floribus paniculatis. *Loefl. it.* 314?
Ganzblättrige Hippocratee. W.
Habitat in Hiſpaniola. ♄
Linnaei Spec. Plant. P. I. N

Digitized by Google

* 90. TONSELLA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 74.

Cal. 5-partitus. *Petala* 5. *Nect.* urceolatum. *Bacca* 1-locul. 4-ſperma.

*1. TONSELLA *ſcandens.*

T. foliis integerrimis acuminatis. W.
T. ſcandens. *Vahl. ſymbol. 2. p. 17.* *
Tontelea ſcandens. *Aubl. guj. 1. p. 31. tab. 10.*
Rankende Tonſelle. W.
Habitat in Gujana *et inſula* Trinitatis. ♄

*2. TONSELLA *africana.* W.

T. foliis obtuſis glanduloſo-dentatis. W. †
Africaniſche Tonſelle. W.
Habitat in Guinea. ♄ (v. ſ.)

Similis praecedenti, differt: foliis *minoribus obtuſis rariſſime glanduloſo-denticulatis*, corollis *majoribus*, antheris *ſeſſilibus.* Fructus *mihi ignotus.* W.

* 91. FISSILIA.

Juſſieu gen. ed. Uſt. p. 228.

Cal. urceolatus integer. *Cor.* 5-petala, petalis cohaerentibus, binis biſidis. *Stam.* 8, quorum 5 ſterilia. *Nux* 1-ſperma.

*1. FISSILIA *Pſittacorum.* W.

Fiſſilia. *Lamarck. encyclop. tab. 28.*
Papageyen Spaltblume. W.
Habitat in inſula Borbon. ♄

Arbor *ſempervirens.* Folia *alterna ovata integerrima petiolata.* Pedunculi *axillares uni-bi-vel triflori.* W.

92. CROCVS.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 75.

Cor. 6-partita, aequalis. *Stigmata* conuoluta.

1. CROCVS *ſativus.*

C. ſtigmate tripartito longitudine corollae reflexo, foliis linearibus margine revolutis. W.
C. ſpatha univalvi radicali, corolla tubo longiſſimo. *Mat. med. p. 43. Mill. dict. n. 1.*

Digitized by Google

C. floribus fructui impositis: tubo longissimo. *Roy. lugdb.* 41. *Hort. upsf.* 15.
C. flore fructui impositio. *Hort. cliff.* 18.
C. autumnalis sativus. *Morif. hist.* 2. *p.* 335. *f.* 4. *t.* 2. *f.* 1. *Blackw. t.* 144. *f.* 1.
C. sativus. *Bauh. pin.* 55.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 11. *p.* 8.
Aechter Safran. W.
Habitat in Oriente. 4 (v. v.)

*2. CROCVS *vernus.*

C. stigmate trifido corolla breviore erecto, foliis linearibus planis. W.
Crocus (*sativus* β *vernus*) foliis latioribus, margine patulo. *Syst. veg.* 83. *Curt. mag.* 45. *Jacq. austr.* 5. *p.* 47. *t. app.* 36.
C. tuba trifida. *Hall. helv. n.* 1257. * *Scop. carn.* 2. *n.* 47.
C. vernus latifolius. *I. XI. et I. VI. Bauh. pin.* 65. 66. *Mill. dict. n.* 3. *Blackw. t.* 144. *f.* 2. *Knor. del. hort.* 1. *t. S.* 14. *Kniph. orig. cent.* 1. *t.* 21.
Frühlings Safran. W.
Habitat in alpibus Helveticis, Pyrenaeis, Lusitanicis, Thracicis, Carniolicis. 4 (v. v.)

93. IXIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 76.

Cor. 6-partita, patens, aequalis. *Stigmata* 3, erectiusculo-patula.

* *Caule ramisque foliosis.*

1. IXIA *fruticosa.*

I. caule ramoso, foliis imbricatis tecto. *Thunb. Diss. n.* 1. *t.* 1. *f.* 3. * *Thunb. prod.* 9.
I. caule fruticoso ramoso. *Lin. suppl.* 93.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 11. *p.* 52.
Strauchartige Ixie. W.
Habitat in montibus Cap. b. spei. ♄
Caulis *semipedalis fruticosus ramosus fuscescens imbricatus, cicatricibus transversis.* Folia *equitantia ensiformia pollicaria, in apicibus ramorum, similia Sisyrinchio.* Flores *terminales sessiles caerulei.* Tubus *filiformis.* Antherae *luteae.* Stylus *filiformis.* Stigma *simplex.*

Digitized by Google

** *Scapo foliis breviore.*

2. IXIA *minuta.*

I. ſcapis unifloris longitudine foliorum, foliis lineari-ſetaceis. W.

I. ſcapis unifloris, foliis laevibus. *Thunb. Diſſ. n.* 2. *t.* 1. *f.* 1. * *Thunb. prod.* 9.

I. ſcapis unifloris. *Lin. ſuppl.* 92.

Kleinſte Ixie. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei *locis arenoſis inundatis.* 2|.

3. IXIA *roſea.*

I. ſcapo unifloro breviſſimo aphyllo. *Syſt. veg.* 75. *Mill. ic.* 160. *t.* 240. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 56.

Roſenfarbige Ixie. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 2|

*4. IXIA *chloroleuca.*

I. ſcapo unifloro, foliis linearibus margine revolutis longiſſimis. W.

A. corollae labiis divaricatis fauce compreſſa. *Sp. plant.* 54. *Mill. dict. n.* 1.

A. ſtamine unico declinato. *Sp. pl.* 1. *p.* 37.

Gladiolo aethiopico ſimilis planta anguſtifolia. *Comm. hort.* 1. *t.* 41. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 237. *f.* 15.

Gladiolus floridus rictum referens coccineus: ſuprema lacinia erecta et fiſtuloſa. *Breyn. ic.* 21. *t.* 8. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 70.

Grosblütige Rachenlilie. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. 4

6. ANTHOLYZA *plicata.*

A. foliis enſiformibus plicatis, ſpicis ſecundis, ſpathis ovatis villoſis. *Thunb. prod.* 7.

A. foliis plicatis, caule ramoſo hirſuto, corolla ringente ſtaminibus breviore. *Lin. ſuppl.* 96.

Haarige Rachenlilie. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. 4

Differt ab Antholyza ringente habitu et imprimis eo, quod organa generationis non adeo elongata ac in illa.

* 96. ARISTEA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 1712.

Petala 6. *Stylus* declinatus. *Stigma* infundibuliforme hians. *Capſ.* infera polyſperma.

1. ARISTEA *cyanea.*

A. cyanea. *Aiton. Kewenſ.* 1. *p.* 67.

Moraea (*africana*) ſcapo ancipiti, foliis diſtichis, floribus capitatis, ſpathis membranaceo-laceris. *Thunb. prod.* 10. *Diſſ. de Moraea. n.* 3. *

Ixia (*africana*) floribus capitatis, ſpathis laceris. *Sp. plant.* 51. *Mill. dict. n.* 2.

Ixia. *Hort. cliff.* 490. * *Roy. lugdb.* 20.

Ixia foliis ad radicem nervoſis gramineis floribus ac fructu convolutis. *Burm. af.* 191. *t.* 70. *f.* 2.

Bermudiana capenſis capitulis lanuginoſis. *Petiv. ſicc.* 142.

Digitized by Google

Gramen eriophorum africanum, flore lanato. *Pluk. mant.* 98.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 28.
Blaue Borſtenlilie. W.
Habitat in Cap. b. ſpei. 4 (v. ſ.)
An Moraea ſpiralis *et* caerulea *hujus generis*? W.

97. IRIS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 97.

Cor. 6-partita: laciniis alternis reflexis. *Stigmata* petaliformia.

* *Barbatae foliis enſiformibus.*

1. IRIS *ciliata.*

I. barbata, foliis enſiformibus ciliatis. *Thunb. Diſſ. de Iride n.* 1. * *Thunb. prod.* 11.
Iris (*ciliata*) corollis barbatis, foliis lanceolatis undulatis ciliatis, petalis alternis obovatis. *Lin. ſuppl.* 98.
Gefranzter Schwertel. W.
Habitat in collibus Cap. b. ſpei. 4

2. IRIS *minuta.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris, ſcapo unifloro, petalis oblongis acutis. *Thunb. Diſſ. n.* 2 * *Thunb. prod.* 11.
Iris (*minuta*) corollis barbatis, foliis lanceolatis. *Lin. ſuppl.* 98.
Kleinſter Schwertel. W.
Habitat in monte Leuweſtart *ad* Cap. b. ſpei. 4

3. IRIS *pumila.*

I. barbata, ſcapo unifloro, foliis enſiformibus glabris breviore, tubo exſerto, petalis oblongis obtuſis. W.
I. corollis barbatis, caule foliis breviore unifloro. *Sp. pl.* 56. *Jacq. auſt. t.* 1. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 32. *Mill. dict. n.* 7. *Pall. it.* 1. *p.* 148. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 285. * *Thunb. n.* 3. *Roth. germ. I. p.* 17. *II. p.* 42. *Hoffm. germ.* 13.
I. corollis barbatis, foliis caulem uniflorum ſuperantibus. *Hort. cliff.* 19. *Roy. lugdb.* 17.
Chamaeiris minor flore purpureo. *Bauh. pin.* 33.
Chamaeiris latifolia minor 1. 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 225.
β. Chamaeiris minor flore purpureo-coeruleo. *Bauh. pin.* 33. *Kniph. orig. cent.* 8. *n.* 55.
γ. Chamaeiris minor, flore rubello. *Bauh. pin.* 33.

Digitized by Google

β. Chamaeiris flore pallido et albo. *Bauh. pin.* 33.
Chamaeiris ſaxatilis gallica. *Bauh. pin.* 34.
γ. Chamaeiris minor, flore variegato. *Bauh. pin.* 34.
Iris anguſtifolia maritima minor. *Bauh. pin.* 33.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. II. *p.* 87.
Niedriger Schwertel. W.
Habitat in Germaniae, Auſtriae, Pannoniae *collibus apricis.* 2 (v. v.)

*4. IRIS *lutescens.*
I. barbata, ſcapo ſubunifloro, foliis enſiformibus glabris longiore, tubo ſpathis incluſo, petalis oblongis obtuſis. W.
I. (*lutescens*) corollis barbatis caule unifloro foliis longiore, tubo in ſpatham incluſo. *Lamarck. encyclop.* 3. *p* 285. *
I. humilis, flore pallide luteo. *Tournef. inſt.* 62.
Chamaeiris flore pallide luteo et Chamaeiris minor ochroleuca. *Bauh. pin.* 34.
Gelblicher Schwertel. W.
Habitat in Germaniae, Galliae *locis montoſis.* 2 (v. v.)
Similis praecedenti ſed diſtincta: foliis *glaucescentibus*, ſcapo *foliis longiore* 1-*ſ.* 2-*floro*, *corolla albido flavescente*, *laciniis exterioribus reflexis baſi violaceo-reticulatis undulatis emarginatis et* ſpathis *tubum arcte involventibus.* W.

*5. IRIS *criſtata.*
I. barbata, barba criſtata, ſcapo ſubunifloro longitudine foliorum, germinibus trigonis, petalis ſubaequalibus.
Iris criſtata. *Aiton. Kewenſ.* I. *p.* 70.
Kammförmiger Schwertel. W.
Habitat in America *boreali.* 2 (v. ſ.)
Radix *repens.* Caulis *compreſſus vix digitalis*, *inferne veſtitus foliis enſiformibus.* Petala *exteriora oblonga obtuſa integra caerulea, medio lutea, criſtis tribus longitudinalibus undulatis loco barbae;* Petala *interiora parum anguſtiora*, *tota caerulea.* Filamenta *et* Antherae *pallide flavescentes.* Stigmata *dilute coerulea*, *petalis breviora.* Ait. l. c.

6. IRIS *ſuſiana.*
I. barbata, foliis enſiformibus glabris, ſcapo unifloro, petalis rotundatis. *Thunb. Diſſ. n.* 4. *
I. corolla barbata, caule foliis longiore unifloro. *Hort. cliff.* 18. *Mill. dict. n.* 5. *Roy. lugdb.* 17.

I. ſuſiana flore maximo ex albo nigricante. *Bauh. pin.* 51. *theatr.* 579. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 351. *ſ.* 4. *t.* 6. *f.* 6.
I. latifolia major. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 217.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 79.
Prächtiger Schwertel. W.
Habitat in Oriente; *venit Conſtantinopoli in Belgium.* 1573. 24 (v. v.)
Caulis *teres;* Germen *trigono-teretiusculum;* Petala 3 *interiora majora reflexa.*

7. IRIS *florentina.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris brevioribus ſcapo ſubbifloro. *Thunb. Diſſ. n.* 5. *
I. corollis barbatis, caule foliis altiore ſubbifloro, floribus ſeſſilibus. *Mat. med. p.* 44. *Blackw. t.* 414. *Mill. dict. n.* 22. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 281. *
I. alba florentina. *Bauh. pin.* 31. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 351. *ſ.* 4. *t.* 5. *f.* 5.
I. flore albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 719. *Raj. hiſt.* 1180.
I. alba illyrica vulgo vel potius florentina. *Cam. hort.* 79. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 11. *p.* 81.
Florentiniſcher Schwertel. W.
Habitat in Europa *auſtrali,* Carniolia. 24. (v. v.)
Simillima I. germanicae *ut vix differat, ſed* Corolla *alba petalis integris: inferioribus marginum baſi reflexis; ſuperioribus magis erectis.* Stigmata *magis erecta et parum ſerrata.*
Similis I. germanicae, *ſed differt:* radice *odorata,* foliis *glaucescentibus,* corollis *lacteis, tubo vix longitudine germinis.* Lamarck. l. c.

*8. IRIS *flaviſſima.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris, brevioribus ſcapo bifloro, germine obtuſe trigono. W.
I. (*flaviſſima*) barbata, foliis enſiformibus glabris, caule bifloro. *Jacq. icon. rar.* 3. *t.* 220. *Collect.* 4. *p.* 98. *
Iris flaviſſima. *Pall. it.* 3. *app. n.* 67. *
I. foliis enſiformibus, caule bifloro. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 31. *t.* 5. *f.* 2.
I. humilis anguſtifolia lutea, teſta ſeminali roſtrata alba. *Amman. ruth. p.* 101.
Dunkelgelber Schwertel. W.
Habitat in regionibus Transbaikalenſibus Sibiriae, *locis ſubhumidis.* 24 (v. ſ.)

Digitized by Google

9. IRIS *biflora.*

I. barbata, foliis enſiformibus brevioribus ſcapo ſubtrifloro, germine tereti. *Thunb. Diſſ. n.* 6. *

I. corollis barbatis, caule foliis breviore trifloro. *Hort. upſ.* 17. *Mill. dict. n.* 6. *Pall. it.* 1. *p.* 171. *Kniph. orig. cent.* 8. *n.* 54.

I. corollis barbatis, foliis caulem multiflorum ſuperantibus. *Hort. cliff.* 19. *Roy. lugdb.* 17.

I. latifolia biflora. *Beſl. eyſt. vern.* 114.

Chamaeiris major ſaturate purpurea biflora. *Bauh. pin.* 33. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 11. *p.* 86.

Doppelblühender Schwertel. W.

Habitat in Lulitaniae *rupibus et ad lacum* Baikal Sibiriae 4

Caulis *teres.* Folia *extrorſum ſubfalcata.* Germen *teres exaratum* 3 *ſtriis.* Corollae *violaceae non emarginatae.* Petala *erecta barba alba adjectis ſtriis albis ramoſis.* Floret *quotannis bis.*

10. IRIS *aphylla.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris aequantibus ſcapo multifloro ſubnudo. *Thunb. Diſſ. n.* 7. *

I. corollis barbatis, ſcapo nudo longitudine foliorum multifloro. *Roy. lugdb.* 17. *Mill. dict.* 3.

I. (nudicaulis) corollis barbatis, ſcapis ſubternis nudis ſubmultifloris vix longitudine foliorum, ſpathis ventricoſis viridibus. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 284. *

I. latifolia, caule aphyllo. *Bauh. pin.* 32.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 85.

Blattloſer Schwertel. W.

Habitat in — — — — 4

*11. IRIS *variegata.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris aequantibus ſcapo multifloro. *Thunb. Diſſ. n.* 8.

I. corollis barbatis, caule ſubfolioſo longitudine foliorum multifloro. *Roy. lugdb.* 17. *Hort. upſ.* 16. *Mill. dict. n.* 4. *Curt. mag. t.* 16.

I. corollis barbatis, foliis altitudine caulis multiflori. *Hort. cliff.* 19.

I. latifolia pannonica, colore multiplici. *Bauh. pin.* 31.

I. lutea variegata. *Lob. hiſt.* 34.

Bunter Schwertel. W.

Habitat in Hungaria, 4 (v. v.)

Digitized by Google

Corollae *laciniae reflexae obtusae albae apice purpureae venis atro-purpureis; laciniae erectae flavae acutae*, stigmata *flava*. W

12. IRIS *squalens*.

I. barbata, foliis ensiformibus glabris erectis brevioribus scapo multifloro, laciniis corollae deflexis replicatis, erectis emarginatis. *Thunb. Diss. n.* 11.

I. corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis deflexis replicatis; erectis emarginatis. *Mill. dict. n.* 2.

Iris variegata. *Jacq. austr.* 1. *p.* 7. *t.* 5.

I. folio lato rugoso, petalis repandis ex purpureo sordido pallido et luteo variis, erectis vero squalide lutescentibus. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 125.

Gelbbunter Schwertel. W.

Habitat in Europa *australi*. 4 (v. v.)

Similis praecedenti, sed corolla minor, laciniae *corollae deflexae emarginatae luteae venis reticulatis fusco-violaceis*; laciniae *erectae emarginatae luteae*, stigmata *sordide lutea*. W.

*13. IRIS *japonica*.

I. barbata, foliis ensiformibus falcatis glabris, brevioribus scapo compresso multifloro. *Thunb. Act. Soc. Lin. Lond.* 2. *p.* 327.

Iris squalens. *Thunb. japon. p.* 33.

Saga et Siaga. *Kaempf. amoen.* 5. *p.* 872.

Japanischer Schwertel. W.

Habitat in Japonia. 4

Scapus *compressus articulatus striatus glaber erectus pedalis*. Folia *ensiformia equitantia falcata nervosa glabra, scapo breviora*. Spathae *sub floribus foliis similes obversae sensim breviores*. Flores *axillares, ex axillis spatharum*. Corollae *monopetalae albae barbatae*. Thunb. Act. l. c.

14. IRIS *sambucina*.

I. barbata, foliis ensiformibus glabris erectis, brevioribus scapo multifloro, laciniis corollae deflexis planis. *Thunb. Diss. n.* 10.

I. corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis deflexis planis, erectis emarginatis. *Sp. plant.* 55. *Jacq. hort* 1. *p.* 1. *tab.* 2. *Mill. dict. n.* 23. *Hoffm. germ.* 13.

I. latifolia germanica sambuci odore. *Bauh. pin.* 31.

I. major latifolia VIII. *Clus. hist.* 1. *p.* 219.

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 84.
Hollunder Schwertel. W.
Habitat in Europa *auſtrali.* 4 (v. v.)
Simillima I. germanicae, *ſed deflexa petala ſaturatius violacea, plana quidem ſed ſubemarginata. Erecta pallide, ſaturatius tamen, caerulea et emarginata.* Stigmata *ſerrata acutiuscula, carina caerulescente.*

* 15. IRIS *lurida.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris erectis, brevioribus ſcapo multifloro, laciniis corollae exterioribus revolutis. W.
I. (*lurida*) corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, petalis exterioribus revolutis, interioribus erecto-inflexis ſubundulatis ſubemarginatis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 68.
Schmutziger Schwertel. W.
Habitat in Europa *auſtrali.* 4
Petala exteriora *reflexa atropurpurea, intra medium lituris flavicantibus ornata; barba lutea.* Petala interiora *obovato-oblonga, exterioribus paulo breviora; lamina purpurascente; ungue ſqualide lutescente.* Stigmata *ſqualide lutescentia, ſuperne pallide purpurascentia. Forte varietas* Ireos ſambucinae, *ſed omnino inodora.* Ait. l. c.

16. IRIS *germanica.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris falcatis, brevioribus ſcapo multifloro tubo germine longiore. *Thunb. Diſſ. n.* 9. *
I. corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *Hort. cliff.* 18. *Hort. upſ.* 16. *Mat. med.* 4. *Blackw. t.* 69. *Pollich. palat. n.* 34. *Mill. dict. n.* 8. *Hoffm. germ.* 13. *Roth. germ. I. p.* 17. *II. p.* 41.
I. foliis enſiformibus diſtichis, petalis reflexis barbatis, tubalium arcu obtuſo. *Hall. helv. n.* 1258.
I. vulgaris germanica ſ. ſylveſtris. *Bauh. pin.* 30.
I. germanica. *Fuchs.* 317.
I. ſylveſtris major. *Cam. epit.* 2.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 83.
Deutſcher Schwertel. W.
Habitat in Germaniae, Helvetiae *editis.* 4 (v. v)
Petala *inferiora plana; interiora integerrima, nec emarginata.*
Variat colore corollae. W.

Digitized by Google

*17. IRIS *pallida.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris falcatis, brevioribus ſcapo multiflоro, tubo longitudine germinis. W.

I. (*pallida*) corollis barbatis, caule foliis altiore multiflоro, ſpathis albis. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 282.*

I. hortenſis pallide caerulea. *Bauh. pin.* 31. *Tournef. inſt.* 358.

I. dilute caerulea, involucro albo. *Tabern. ic.* 647.

β. I. hortenſis, pallide caerulea, involucro albo, minor. *Tournef. inſt.* 358.

Blasblauer Schwertel. W.

Habitat in Oriente? 4 (v. v.)

A praecedente conſtanter diſtincta: caule *altiore*, foliis *glaucescentibus*, corollis *minoribus unicoloribus pallide caeruleis*, *barba alba apice flava*, *tubo longitudine germinis*, ſpathis*que membranaceis candidis.* W.

18. IRIS *compreſſa.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris, caule paniculato compreſſo. *Thunb. Diſſ. n.* 12. *

I. corollis barbatis, foliis enſiformibus planis, caule ramoſo compreſſo. *Lin. ſuppl.* 98.

Flachſtenglinger Schwertel. W.

Habitat in interioribus regionibus Cap. b. ſpei. ♄

19. IRIS *dichotoma.*

I. barbata, foliis enſiformibus glabris, caule paniculato tereti. *Thunb. Diſſ. n.* 15. *

I. corolla tenuiſſime barbata, caule tereti elongato paniculato, ramis alternis divaricatis bi- ſ quadrifloris. *Lin. ſuppl.* 97. *Pall. it.* 3. *app. n.* 61. *t. A. f.* 2. *

I. dichotoma latifolia variegata procerior. *Amman. ruth.* 103.

Gabelförmiger Schwertel. W.

Habitat in ripeſtribus apricis totius Daviuriae. 4

Habitu refert Ixiam. Caulis *inferne tectus foliis* 6 *ſ.* 7 *alternantibus*, *ſubradicatis*, *enſiformi-amplexicaulibus diſtichis*, *brevibus*: *ſuperne teres glaberrimus ramoſus*, *folio breviſſimo ad quamque ramificationem.* Rami *patentiſſimi elongati nudi ſimpliciſſimi*, *terminati ſpatha parva diphylla et floribus* 2, 3, *ſ.* 4. Flores *longe pedunculati*, *omnium congenerum minimi*, *dilute purpurascentes.*

** *Barbatae*, *foliis linearibus.*

20. IRIS *tripetala.*

I. barbata, folio lineari longiore ſcapo uniflоro, petalis alternis ſubulatis. *Thunb. Diſſ. n.* 14.* *Thunb. prod.* n.

I. corollis barbatis, folio radicali unico lineari-enſiformi-canaliculato. *Lin. ſuppl.* 97. *Jacq. ic.* 2. *t.* 24. *Collect.* 3. *p.* 272. *

Dreyblättriger Schwertel. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. 24

21. IRIS *tricuſpis.*

I. barbata, folio lineari longiore ſcapo ſubbifloro, petalis alternis trifidis. *Thunb. Diſſ. n.* 15. *Thunb. prod.* 11.

I. (*tricuſpidata*) corollis barbatis, folio radicali enſiformi, petalis alternis trifidis. *Lin. ſuppl.* 98.

Vieuſſeuxia (*ariſtata*) folio radicali unico, caule duplo longiore. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 11. *p.* 105. *t.* 80. *f.* 1.

Dreyſpitziger Schwertel. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 24 (v. ſ.)

*** *Imberbes, foliis enſiformibus.*

22. IRIS *Xiphium.*

I. imberbis, foliis enſiformibus canaliculato-ſubulatis ſcapo bifloro, petalis ſtigmate fere anguſtioribus, germine tereti-trigono. *Ehrh. Beitr.* 7. *p.* 139.

I. corollis imberbibus, floribus binis, foliis ſubulato-canaliculatis caule brevioribus. *Hort. upſ.* 17. *Georg. it.* 1. *p.* 196. *Thunb. Diſſ. n.* 17.

Iris variabilis. *Jacq. collect.* 2. *p.* 321. *

I. foliis margine conniventibus, corollis imberbibus. *Hort. cliff.* 20. *Roy. lugdb.* 18.

I. bulboſo flore luteo, mixto, violaceo etc. *Beſl. aeſt. t.* 4. *f.* 2 *t.* 6. *f.* 2. 3. *t.* 10. *f.* 1.

I. bulboſa caeruleo-violacea. *Bauh. pin.* 40.

Xiphium vulgare. *Mill. dict. n.* 2.

Spaniſcher Schwertel. W.

Habitat in Hiſpania, Sibiria. 24 (v. v.)

Variat valde floris colore. W.

*23. IRIS *Xiphioides.*

I. imberbis, foliis enſiformibus canaliculato-ſubulatis, ſcapo bifloro, petalis ſtigmate multo latioribus, germine acute angulato. *Ehrh. Beitr.* 7. *p.* 140.

Iris Xiphium. *Jacq. Collect.* 3. *p.* 320. *

I. bulboſa anglicana, flore candido, violaceo, caeruleo. *Beſl. eyſt. aeſt. t.* 7. *f.* 1. *t.* 8. *f.* 1. *t.* 9. *f.* 1.

I. bulboſa latifolia, caule donata. *Bauh. pin.* 38.

Xiphium latifolium. *Mill. dict. n.* 3.

Engliſcher Schwertel. W.

Habitat in Hiſpania. 24 (v. v.)

Digitized by Google

24. IRIS *Pseud-Acorus.*

I. imberbis, foliis ensiformibus, petalis alternis stigmate minoribus. *Thunb. Diss. n.* 18.

I. corollis imberbibus, petalis interioribus stigmate minoribus, foliis ensiformibus. *Hort. cliff.* 19. *Fl. suec.* 33-37. *Mat. med.* 44. *Oed. dan. t.* 494. *Pollich. pal. n.* 35. *Gmel. sib.* 1. *p.* 31. *Mill. dict. n.* 1. *Hoffm. germ.* 13. *Roth. germ. I. p.* 17. *II. p.* 43.

I. caule inflexo, foliis ensiformibus, petalis erectis minimis, reflexis imberbibus. *Hall. helv. n.* 1260.

Acorus adulterinus. *Bauh. pin.* 34. *theatr.* 634. *Blackw. t.* 261.

Acorum falsum. *Cam. epit.* 6.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 11. *p.* 89.

Wasser Schwertel. W.

Habitat in Europa *ad ripas paludum et fossarum.* 4 (v v.)

Petala *exteriora utrinque ad filamenta dentem exserunt.* Germen *trigonum angulis sulco bifidis.*

25. IRIS *foetidissima.*

I. imberbis, foliis ensiformibus, scapo uniangulato. *Thunb. Diss. n.* 19. *

I. corollis imberbibus petalis interioribus patentissimis, caule uniangulato, foliis ensiformibus. *Hort. cliff.* 19. *Roy. lugdb.* 18. *Dalib. paris.* 13. *Sauv. monsp.* 41. *Mill. dict. n.* 19.

Gladiolus foetidus. *Bauh. pin.* 30.

Spathula foetida, Xyris. *Bauh. hist. 2. p.* 731. *Dod. pempt.* 247. *Blackw. t.* 158.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 11. *p.* 91.

Stinkender Schwertel. W.

Habitat in Gallia, Anglia, Hetruria. 4 (v. v.)

Caulis *teres hinc angulatus, longitudine foliorum, obtectus* foliis *foetidissimis.* Germen *trigonum angulis sulco bifidis.* Corolla *caerulescenti-tristis ingratissimi coloris, nec noctu odora.* Petala *exteriora ungue subtus plicis rugoso;* Petala interiora *stigmate majora, patentia.*

26. IRIS *virginica.*

I. imberbis, foliis ensiformibus, scapo ancipiti. *Thunb. Diss. n.* 20. *

I. corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule ancipiti. *Gron. virg.* 11. *Jacq. Collect.* 2. *p.* 322. *

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. II. *p.* 94.
Virginiſcher Schwertel. W.
Habitat in Virginia. 4

27. IRIS *verſicolor.*

I. imberbis, foliis enſiformibus, ſcapo tereti flexuoſo, germinibus ſubtrigonis. *Thunb. Diſſ. n.* 21.

I. corollis imberbibus, germinibus ſubtrigonis, caule tereti flexuoſo, foliis enſiformibus. *Mill. dict. n.* 18. *Curt. mag. t.* 21.

I. americana verſicolor ſtylo crenato. *Dill. elth.* 187. *t.* 155. *f.* 188.

I. americana verſicolor ſtylo non crenato. *Dill. elth.* 187. *t.* 155. *f.* 187.

I. latifolia virginiana, florum petalis repandis purpureis. *Ehret. pict. t.* 6. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. II. *p.* 94.
Vielfarbiger Schwertel. W.
Habitat in Virginia, Marilandia, Penſylvania. 4 (v. ſ.)

Caulis *foliis non altior.* Folia *ad alterum latus inclinata.* Petala *interiora longitudine ſtigmatum.* Stigmata *linearia.*

Petala *exteriora apice obſcure violacea baſi flavescentia venis violaceis.* Petala *interiora carnea.* Stigmata *alba.* W.

*28. IRIS *halophila.*

I. imberbis, foliis enſiformibus, radicalibus longiſſimis, ſcapo tereti, germinibus hexagonis. *Ait. Kew.* I. *p.* 72.
Iris halophila. *Pall. it.* 3. *app.* 63. *t. B fig.* 2. *
Salz Schwertel. W.
Habitat in Sibiria *locis depreſſis ſalſis.* 4 (v. ſ.)

29. IRIS *ochroleuca.*

I. imberbis, foliis enſiformibus, ſcapo ſubtereti, germinibus hexagonis. *Thunb. Diſſ. n.* 22. *

I. corollis imberbibus, germinibus ſexangularibus, caule ſubtereti, foliis enſiformibus ſtriatis. *Mant.* 175.
Iris Güldenſtaedtii. *Lepech. Act. Petrop.* 1781. I. *p.* 292. *t.* 8. *
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. II. *p.* 96.
Weiſsgelber Schwertel. W.
Habitat in Oriente. 4 (v. v.)

Caulis *pedalis, fere teres ut vix manifeſte compreſſus.* Folia *caulina* 5 *f.* 6 *erecta, ſtriata venis eminentioribus,* l. germanicae *dimidio anguſtiora.* Spathae

Digitized by Google

triflorae lanceolatae acuminatae. Germen *oblongum profunde ſexangulare, angulis obtuſis.* Corolla *imberbis*: Petala reflexa *baſi dilatata venis obſcurioribus*; *Limbo flavo marginibus albo.* Petala erecta *longitudine exteriorum nivea, baſi venis flavescentibus.* Stigmata *nivea ſupra* Antheras *ochroleucas.*

Affinis I. ſpuriae, *facie tamen diſſimilis*; *at* Corolla *non coerulea*; folia *magis ſtriata*; *florescentia ſerior.*

Simillima praecedenti, ſed differt corollis *albido-flavescentibus, nec caeruleis*, foliis *radicalibus multo brevioribus.* W.

30. IRIS *ſpathacea.*

I. imberbis, foliis enſiformibus rigidis, ſcapo tereti biflorο, ſpathis longiſſimis. *Thunb. Diſſ. n.* 23. * *Thunb. prod.* 12.

I. (*ſpathulata*) corollis imberbibus, foliis enſiformibus glabris ſtriatis rigidis, ſpathis ſubulatis longiſſimis. *Lin. ſuppl.* 99.

Scheidenartiger Schwertel. W.

Habitat in interioribus regionibus Cap. b. ſpei. 4

31. IRIS *ramoſa.*

I. imberbis, foliis enſiformibus, caule paniculato multiflorο. *Thunb. Diſſ. n.* 24. *Thunb. prod.* 12.

I. (*ramoſiſſima*) corollis imberbibus, foliis enſiformibus planis, caule paniculato ramoſiſſimo obſolete tetragono. *Lin. ſuppl.* 99.

Aeſtiger Schwertel. W.

Habitat in Schwartlandiae *arenoſis ad* Cap. b. ſpei. 4

**** *Imberbes, foliis linearibus.*

32. IRIS *Siſyrinchium.*

I. imberbis, foliis linearibus undulatis reflexis, ſcapo unifloro. *Thunb. Diſſ. n.* 25. *

I. corollis imberbibus, foliis canaliculatis, bulbis geminis ſuperimpoſitis. *Sp. pl.* 59.

Siſyrinchium majus. *Bauh. pin.* 40. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 216.

β. Siſyrinchium medium. *Bauh. pin.* 41.

Siſyrinchium minus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 216.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 11. *p.* 101.

Zweyzwieblicher Schwertel. W.

Habitat in Hiſpania, Luſitania, Barbaria. 4

Colore eſt petalorum purpureo, macula lutea loco barbae, bulbis (*non tunicatis ſimplicibus ut in bulboſis Xyphiis* 22. 23. 34. 55. 54. *ſed*) *ex gemino bulbo altero alteri impoſito, ut in Gladiolo, Croco.*

Digitized by Google

33. IRIS *verna.*

I. imberbis, foliis linearibus planis, ſcapo unifloro, laciniis corollae alternis aequantibus. *Thunb. Diſſ. n.* 26.*

I. corollis imberbibus, caule unifloro foliis breviore, radice fibroſa. *Gron. virg.* 10. *Mill. dict. n.* 17.

I. virginiana pumila ſ. Chamaeiris verna anguſtifolia, flore purpureo - caeruleo odorato. *Pluk. alm.* 198. *t.* 196. *f.* 6.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 97.

Frühlings Schwertel. W.

Habitat in Virginia. 4

34. IRIS *perſica.*

I. imberbis, foliis linearibus planis, ſcapo unifloro, laciniis corollae alternis brevioribus. *Thunb. Diſſ. n.* 27.*

I. corolla imberbi, petalis interioribus breviſſimis patentiſſimis. *Syſt. veg. p.* 79.

I. acaulis, foliis margine conniventibus, corollis imberbibus. *Roy. lugdb.* 18.

I. bulboſa praecox minus odora perſica variegata. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 357.

I. perſica martia. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 10. *f.* 9.

I. perſica bulboſa variegata praecox. *Dodart, mem.* 83.

Xiphium perſicum. *Mill. dict. n.* 1.

Xiphium perſicum praecox, flore variegato. *Tournef. inſt.* 363.

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 100.

Perſiſcher Schwertel. W.

Habitat in Perſia. 4 (v. v.)

*35. IRIS *juncea.*

I. imberbis, foliis filiformibus, ſcapo unifloro, laciniis corollae erectis conniventibus. W.

I. (*juncea*) imberbis, foliis junceis filiformibus, ſcapo unifloro, ſpathis mucronatis. *Poiret it. ed. germ.* 135. *tab.* 1. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 292.

I. bulboſa lutea inodora minor. *Bauh. pin.* 39.

I. mauritanica. *Cluſ. cur. poſt.* 24.

Xiphium minus, flore luteo inodoro. *Tournef. inſt.* 364.

Simſenblättriger Schwertel. W.

Habitat in Barbaria. 4

*36. IRIS *anguſta.*

I. imberbis, folio filiformi lineari erecto glabro, ſcapo glabro ſubunifloro, ſpathis obtuſis. *Thunb. Diſſ. n.* 28.* *Thunb. prod.* 12.

Digitized by Google

Schmalblättriger Schwertel. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

37. IRIS *ſetacea.*

I. imberbis, folio filiformi-lineari erecto glabro, ſcapo glabro unifloro, ſpathis acutis membranaceis. *Thunb. Diſſ. n.* 29. *t.* 1. *f.* 2. *Thunb. prod.* 12.

I. (*ſetifolia*) corollis imberbibus, folio filiformi glabro, caule ſimplici, ſpathis membranaceis. *Lin. ſuppl.* 99.

Borſtenartiger Schwertel. W.
Habitat in Cap. b. ſpei. 4

38. IRIS *tenuifolia.*

I. imberbis, foliis filiformi-linearibus, ſcapo bifloro. *Thunb. Diſſ. n* 30. *

I. corolla imberbi, ſpatha biflora, folio longiſſimo filiformi, tubo filiformi elongato. *Lin. ſuppl.* 97.

Iris tenuifolia. *Pall. it.* 3. *app. n.* 66. *tab. C. fig.* 2.

Fadenförmiger Schwertel. W.
Habitat in arenoſis Davuriae *et ad* Wolgam. 4 (v. ſ.)

Corolla *pallide caerulea, odore caryophylleo fragrans.* Tubus *longus, extra ſpathas valde tenuis.*

*39. IRIS *ventricoſa.*

I. imberbis, foliis linearibus, ſcapo ſubbifloro, ſpathis ventricoſis, germine trigono. W.

Iris ventricoſa. *Pallas itin.* 3. *app. n.* 62. *t. B. f.* 1. *

Bauchiger Schwertel. W.
Habitat in montoſis Davuriae. 4

Corolla *pallide caerulea.* Germen *trigonum, lateribus ſulco bipartitis.* Pall. l. c.

40. IRIS *graminea.*

I. imberbis, foliis linearibus, ſcapo ſubbifloro, ancipiti, germinibus hexagonis. *Thunb. Diſſ. n.* 31. *

I. corollis imberbibus, germinibus ſexangularibus, caule ancipiti, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19. *Hort. upſ.* 17. *Jacq. auſt. t.* 2. *Mill dict. n.* 2. *Hoffm. germ.* 14.

I. anguſtifolia prunum redolens minor. *Bauh. pin.* 33.

I. anguſtifolia 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 230.

I. ſylveſtris. *Mathiol. Dioſc.* 18.

I. graminea. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 77.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 96.

Groſsblättriger Schwertel. W.
Habitat in Auſtria *ad radices montium.* 4 (v. v.)

Caulis *compreſſiſſimus bifolius, ante antheſin procumbens.* Spatha *biflora.*

Digitized by Google

*41. IRIS *enſata.*

I. imberbis, foliis linearibus, ſcapo ſubbifloro tereti, germinibus hexagonis. *Thunb. Act. Soc. Lin. Lond.* 2. *p.* 328.

Iris graminea. *Thunb. jap.* 34. *

Schwerdtblättriger Schwertel. W.

Habitat in Japonia. 4

Scapus *teres nec anceps.* Germen *hexagonum.* Thunb. Act. l. c.

42. IRIS *ſpuria.*

I. imberbis, foliis linearibus, ſcapo ſubtrifloro tereti, germinibus hexagonis. *Thunb. Diſſ. n.* 32. *

I. corollis imberbibus, germinibus ſexangularibus, caule tereti, foliis ſublinearibus. *Hort. cliff.* 19. *Hort. upſ.* 17. *Mill. dict.* 14. *Jacq. auſt. t.* 4. *Hoffm. germ.* 14. *Roth. germ. I.* 18. *II* 44.

I. pratenſis anguſtifolia, folio foetido. *Bauh. pin.* 32.

I. anguſtifolia 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 228.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 11. *p.* 95.

Baſtard Schwertel. W.

Habitat in Germaniae, Sibiriae *pratis.* 4 (v. v.)

*43. IRIS *orientalis.*

I. imberbis, foliis linearibus, ſcapo ſubbifloro tereti articulato, germinibus trigonis, corollis reticulatis. *Thunb. Act. Soc. Lin. Lond.* 2. *p.* 328.

Iris ſibirica. *Thunb. jap.* 33.

Koki Tſubatta. *Kaempf. amoen.* 5. *p.* 872.

Netzförmiger Schwertel. W.

Habitat in Japonia. 4

Scapus *teres ſtriatus glaber articulatus erectus pedalis vel ultra.* Folia *radicalia linearia equitantia nervoſa glabra, apice attenuata, ſcapum aequantia.* Spathae *foliis ſimiles, ſenſim breviores.* Flores *circiter* 2 *ſubterminales.* Corolla *imberbis, fuſco-reticulata.* Thunb. Act. l. c.

44. IRIS *ſibirica.*

I. imberbis, foliis linearibus, ſcapo ſubtrifloro tereti, germinibus trigonis. *Thunb. Diſſ. n.* 33. *

I. corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19. *Hort. upſ.* 17. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 28. *Jacq. auſt. t.* 3. *Pollich. palat. n.* 36. *Hoffm. germ.* 14. *Roth. germ. I. p.* 18. *II. p.* 43.

Digitized by Google

I. foliis linearibus, caule ſubnudo, petalis reflexis imberbibus venoſis, tubalium arcu acuminato. *Hall. helu. n.* 1259.

I. pratenſis anguſtifolia non foetida altior. *Bauh. pin.* 32. *theatr.* 597.

I. anguſtifolia 2. *Cluſ. hiſt. p.* 227.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 92.

Wald Schwertel. W.

Habitat in Germaniae, Auſtriae, Helvetiae, Sibiriae *pratis.* 4 (v. v.)

Spathae *in I. ſibirica et verſicolore aridae ſ. ſcarioſae ſunt. Huic* caulis *foliis altior;* petala *interiora erecta.* Germen *trigonum, angulis non ſulcatum.*

45. IRIS *martinicenſis.*

I. imberbis, foliis linearibus, petalis foveolis glanduloſis, germinibus trigonis. *Thunb. Diſſ. n.* 34.

I. corollis imberbibus, germinibus trigonis, petalis baſi foveolis glanduloſis. *Sp. pl.* 58. *Jacq. amer.* 7. *t.* 7.

Xiphion flore ex luteo nigricante. *Plum. ſpec.* 8. *ic.* 260. *t.* 261. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 95.

Weſtindiſcher Schwertel. W.

Habitat in Martinica. 4

46. IRIS *pavonia.*

I. imberbis, folio lineari glabro, ſcapo ſubunifloro. *Thunb. Diſſ. n.* 35. *t.* 1. *f.* 3. *Thunb. prod.* 12.

I. corollis imberbibus, folio radicali enſiformi glabro, caule ſimplici. *Lin. ſuppl.* 98. *Jacq. Collect. ſuppl. p.* 8.

Pfauenſchweifiger Schwertel. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 4.

Caulis *ſubtomentoſus.* Flos *aurantiacus, macula baſeos caerulea.*

47. IRIS *criſpa.*

I. imberbis, foliis linearibus criſpis. *Thunb. Diſſ. n.* 36. *t.* 1. *f.* 1. * *Thunb. prod.* 12.

I. corollis imberbibus, foliis enſiformibus revolutis criſpis, petalis patentibus. *Lin. ſuppl.* 98.

Krauſer Schwertel. W.

Habitat in collibus Cap. b. ſpei. 4

48. IRIS *papilionacea.*

I. imberbis, foliis linearibus reflexis hirtis. *Thunb. Diſſ. n.* 37. *t.* 2. *f.* 1. * *Thunb. prod.* 12.

Digitized by Google

I. hirta, corollis imberbibus, foliis revolutis. *Lin. ſuppl.* 98. *Jacq. Collect. ſuppl. p.* 159. *t.* 3. *f.* 2. *
Schmetterlingsblütiger Schwertel. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4.

49. IRIS *edulis.*
I. imberbis, folio lineari pendulo glabro, ſcapo glabro multifloro. *Thunb. Diſſ. n.* 38. * *Thunb. prod.* 12.
I. corollis imberbibus, folio radicali ſcapum vaginante lineari-canaliculato longiſſimo, ſtigmatis labio exteriore integro. *Lin. ſuppl.* 98.
Moraea (*fugax*) foliis gramineis tandem convolutis, ſtigmate petaloideo petalis imberbibus. *Murr. ſyſt. veg.* 93. *Jacq. Hort.* 3. *t.* 20.
Esbarer Schwertel. W.
Habitat in campis arenoſis Cap. b. ſpei. 4

50. IRIS *triſtis.*
I. imberbis, foliis linearibus glabris, ſcapo hirto ramoſo. *Thunb. Diſſ. n.* 39. * *Thunb. prod.* 12.
I. corollis imberbibus, caule ramoſo hirſuto, foliis longioribus enſiformibus glabris. *Lin. ſuppl.* 97.
Moraea (*ſordescens*) caule ſubtereti villoſo folioſo, ramis axillaribus, foliis lanceolato-linearibus. *Jacq. ic. rar.* 2. *t.* 225. *Collect. ſuppl. p.* 29. *
Trauriger Schwertel. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4 (v. v.)

*51. IRIS *polyſtachya.*
I. imberbis, foliis linearibus planis, ſcapo glabro ramoſo. *Thunb. Diſſ. n.* 41. * *Thunb. prod.* 12.
Vielähriger Schwertel. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

52. IRIS *viſcaria.*
I. imberbis, foliis linearibus planis, ſcapo viſcoſo. *Thunb. Diſſ. n.* 41. * *Thunb. prod.* 12.
I. corollis imberbibus, foliis linearibus planis, petalis patentibus, caule viſcoſo. *Lin. ſuppl.* 98.
Klebriger Schwertel. W.
Habitat in Cap. b. ſpei *locis arenoſis ad* Saldahna bay. 4
Caulis *ramoſus*, *bituminoſe olens.*

53. IRIS *bituminoſa.*
I. imberbis, foliis linearibus ſpiralibus, ſcapo viſcoſo. *Thunb. Diſſ. n.* 43. *t.* 2. *f.* 2. * *Thunb. prod.* 12.
I. corollis imberbibus, foliis enſiformibus ſpiralibus, petalis reflexis, caule viſcoſo. *Lin. ſuppl.* 98.

Digitized by Google

Harziger Schwertel. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4.
Ramoſa, bituminoſa ut I. viſcaria.

***** *Imberbes, foliis tetragonis.*

54. IRIS *tuberoſa.*
I. imberbis, foliis tetragonis. *Thunb. Diſſ. n.* 43.
I. corollis imberbibus, foliis tetragonis. *Vir. cliff.* 6. *Hort. cliff.* 20. *Mat. med. p.*44. *Roy. lugdb.* 18. *Mill. dict. n.* 21.
I. tuberoſa, folio anguloſo. *Bauh. pin.* 40. *Moriſ. hiſt. 2. p.* 348. *ſ.* 4. *t.* 5. *f.* 1.
Hermodactylus folio quadrangulo. *Tournef. cor.* 50. *Houttuyn Lin. Pſl. Syſt.* 11. *p.* 98.
Knolliger Schwertel. W.
Habitat in Arabia, Oriente. 4 (v. v)
Folia *linearia anguſta utrinque carinata, inde tetragona apparent.* W.

98. MORAEA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 80.

Cor. hexapetala; *Petala* 3 interiora patentia; anguſtiora. *Stigma* 3-fidum.

* *Scapo ancipiti.*

1. MORAEA *melaleuca.*
M. ſcapo ancipiti, foliis ſubfalcatis, flore ſubſolitario. *Thunb. Diſſ. n.* 1. *t.* 1. *f.* 3. * *Thunb. prod.* 10.
M. (*lugens*) caule ancipiti uni ſ. bifloro, foliis enſiformibus: infimis ſubfalcatis, floribus terminalibus. *Lin. ſuppl.* 99.
Trauernde Moraea. W.
Habitat in Cap. b. ſpei *inter frutices.* 4
Petala *alterna, tria exteriora alba, tria interiora minora nigra, optime diſtinguunt hanc ſpeciem.* Stigma *multipartitum.*

2. MORAEA *ſpiralis.*
M. ſcapo compreſſo articulato, foliis erectis, floribus alternis ſubſecundis. *Thunb. Diſſ. n.* 2. * *Thunb. prod.* 10.
M. caule compreſſo articulato multifloro, foliis enſiformibus erectis, floribus axillaribus. *Lin. ſuppl.* 99.
Grünlichweiſſe Moraea. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

Digitized by Google

Corolla *aequalis extus albo-virescens, intus alba, per noctem ſpiraliter convolvitur.* Stigma *ſimplex villoſum.*

*3. MORAEA *puſilla.*

M. ſcapo ancipiti, foliis diſtichis, flore ſubſolitario. *Thunb. Diſſ. n.* 4. * *Thunb. prod.* 11.

Kleine Moraea. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. 24

Scapus *ſimplex erectus anceps uni-ſ. biflorus palmaris.* Folia *radicalia diſticha lineari-lanceolata ſubfalcata, ſtriata glabra; ſcapo breviora.* Corolla *caerulea poſt florescentiam ſpiraliter convoluta: Laciniae alternae anguſtiores.* Thunb. l. c.

*4. MORAEA *magellanica.* W.

M. caule ancipiti foliolo, foliis diſtichis falcatis, flore terminali ſolitario. W.

Ixia? (*pumila*) caule ſimplici unifloro, foliis ſubulatis compreſſis diſtichis. *Forſt. Comment. goetting.* 9. *p.* 20. *t.* 2. *

Galaxia (*obſcura*) foliis ſubulatis canaliculatis, tubo corollae brevi. *Cavan. Diſſ.* 6. *p.* 341. *t.* 189. *f.* 4. *

Tapeinia. *Juſſ. gen. ed. Uſteri. p.* 66. *

Tapeinia magellanica. *Gmel. ſyſt. veg.* 108.

Magellaniſche Moraea. W.

Habitat ad ſretum Magellanicum. 24 (v. ſ.)

Planta *uncialis vel ſesquiuncialis*, foliis *falcatis ſtriatis vaginantibus diſtichis tecta.* Pedunculus *terminalis breviſſimus uniflorus.* Spatha *bivalvis membranacea.* Corolla *hexapetala alba.* Stigma *trifidum. Ob* corollam *hexapetalam ad Moraeas reduxi, quum character hujus generis primarius in hac conſiſtat. Ixia tubo gaudet, et Galaxia filamentis cohaerentibus differt.* W.

5. MORAEA *gladiata.*

M. ſcapo foliisque compreſſis, ſpica laterali ſolitaria, involucro duplo breviore. *Thunb. Diſſ. n.* 8. * *Thunb. prod.* 11.

Ixia (*gladiata*) ſtylis tribus, culmo nudo compreſſo, glumarum ſquamis muticis. *Lin. ſuppl.* 93.

Schwerdtförmige Moraea. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 24

Culmi *nudi longi compreſſi ancipites laeves.* Folia *anguſto-enſiformia, longiſſima laevia, ſubtiliſſime Linnaei Spec. Plant. P. I.*

ſtriata. Spicae *terminales, ſaepius tres imbricatae: glumis amplectentibus obtuſiusculis muticis.* Bractea *enſiformis pone ſpicas, ſpicis non longior.* Corolla *lutea: petalis exterioribus extus rubris.* Styli *tres.*

6. MORAEA *aphylla.*

M. ſcapo foliisque compreſſis, ſpica laterali ſolitaria, involucro multoties breviore. *Thunb. Diſſ. n.* 9. *tab.* 2. *f.* 1. * *Thunb. prod.* 11.

M. ſcapo compreſſo nudo glaberrimo, ſpatha longiſſima ſubulata, floribus capitatis. *Lin. ſuppl.* 99.

Blattloſe Moraea. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. ♃

Corolla *flava.* Stigmata *tria. Singularis quod omnino aphylla et flores ut in Junco laterales.*

7. MORAEA *filiformis.*

M. ſcapo foliisque compreſſis ſubfiliformibus, flore ſolitario terminali. *Thunb. Diſſ. n.* 10. *tab.* 1. *f.* 2. * *Thunb. prod.* 11.

M. ſcapo foliisque filiformibus, floribus terminalibus ſolitariis. *Lin. ſuppl.* 100.

Fadenförmige Moraea. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. ♃

Flores cum ſpathis referunt flores Dianthi. Corolla *lutea.* Stigmata *tria.*

** *Scapo tereti.*

8. MORAEA *ſpathacea.*

M. ſcapo foliisque teretibus dependentibus, ſpicis lateralibus aggregatis. *Thunb. Diſſ. n.* 11. *t.* 1. *f.* 1. * *Thunb. prod.* 11.

M. ſcapo tereti, foliis teretibus dependentibus longis, floribus aggregatis capitatis. *Lin. ſuppl.* 99.

Bobartia (*indica*) ſpicis capitatis, involucro folioſo. *Sp. plant.* 78. *Fl. zeyl.* 41. * *Amoen. acad.* 1. *p.* 388. * *Schumacher. Act. Soc. Nat. Scrut. Hafn.* 3. *p.* 8. *t.* 1. *

Scheidenartige Moraea.

Habitat in collibus Cap. b. ſpei *copioſiſſime.* ♃

Folia *et* Caules *omnium tenaciſſimi glaberrimi filiformes.* Scapus *terminatus ſpatha diphylla cum capitulo florum ſpathis minoribus ſubulatis obvallato.* Corolla *lutea.* Stigmata *tria.*

Bobartiae *characterem e ſpecimine manco hujus plantae formaverat* Linnaeus, *ut bene demonſtravit et icone illuſtravit Clariſſ.* Schumacher. l. c. W.

Digitized by Google

9. MORAEA *flexuosa.*

M. scapo tereti articulato, folio reflexo subundulato nervoso. *Thunb. Diss. n.* 12. * *Thunb. prod.* 11.

M. caule tereti articulato ramoso, foliis planis laxis revolutis, spica flexuosa. *Lin. suppl.* 100.

Ixia longifolia. *Jacq. hort. v.* 3. *p.* 47. *t.* 90.

Zickzackänrige Moraea. W.

Habitat in Cap. b. spei. ♃

Corolla *lutea.* Stigmata *sex.*

10. MORAEA *polyanthos.*

M. scapo tereti, foliis flexuoso-erectis, laciniis corollae alternis minoribus. *Thunb. Diss. n.* 14. * *Thunb. prod.* 11.

M. caule ramosissimo, foliis subulatis glabris, petalis alternis minoribus, stigmatibus bifidis. *Lin. suppl.* 99.

Vielblütige Moraea. W.

Habitat ad Cap. b. spei. ♃

11. MORAEA *caerulea.*

M. scapo tereti, foliis distichis, florum capitulis alternis, spathis membranaceis integris. *Thunb. Diss. n.* 15. *t* 2. *f.* 2. * *Thunb. prod.* 11.

Gladiolus (*capitatus*) caule ramoso, capitulis pedunculatis, radice tuberosa. *Sp. plant.* 53.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 11. *p.* 62.

Blaue Moraea. W.

Habitat ad Cap. b. spei. ♃

*12. MORAEA *plicata.* W.

M. scapo tereti, foliis petiolatis oblongis nervosis plicatis, racemis bifidis. W.

Moraea (*palmifolia*) scapo teretiusculo nudo, floribus racemosis secundis, foliis ensiformibus nervosis plicatis. *Jacq. ic. rar.* 2. *t.* 227. *Collect.* 3. *p.* 192. *

Sisyrinchium (*latifolium*) foliis ensiformibus nervosis plicatis. *Swartz. prod.* 17.

Sisyrinchium (*palmifolium*) radice bulbosa, foliis radicalibus petiolatis nervosis ensiformibus. *Cavan. Diss.* 6. *p.* 348. *t.* 191. *f.* 1. *

Ixia foliis ensiformibus plicatis glabris, caule ramoso. *Plum. amer. p.* 35. *t.* 46. *f.* 2.

Bermudiana palmae folio, radice bulbosa. *Tournef. inst.* 388.

Palmenblättrige Moraea. W.

Habitat in insulis Caribaeis. ♃ (v. s.)

Filamenta *non ſunt connata; ergo a Siſyrinchiis diſtincta planta. Moraea palmifolia Thunbergii, (quae eſt Siſyrinchium palmifolium Linnaei) ab hac eſt diverſa, et ad Siſyrinchii genus pertinet.* W.

*15. MORAEA *umbellata.*

M. ſcapo tereti ſtriato, florum ſpicis umbellato-paniculatis, involucris diphyllis longiſſimis. *Thunb. Diſſ. n.* 16. * *Thunb. prod.* 11.

Doldenblütige Moraea. W.

Habitat in Cap. b. ſpei *juxta* Picketberg. 4

*14. MORAEA *criſpa.*

M. ſcapo tereti articulato, folio convoluto criſpo reflexo. *Thunb. Diſſ. n.* 17. * *Thunb. prod.* 11.

Krauſe Moraea. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

15. MORAEA *iriopetala.*

M. ſcapo tereti, foliis linearibus, ſtigmate multifido. W.

Moraea (*iriopetala*) foliis gramineis, petalis tribus majoribus barbatis. *Lin. ſuppl.* 100.

Iris (*plumaria*) barbata, foliis linearibus, ſcapo multifloro, ſtigmatibus ſetaceo-multifidis. *Thunb. Diſſ. n.* 16. * *Thunb. prod.* 11.

α. ſquamis bulbi baſi diſtinctis.

M. (*juncea*) ſpathis bifloris, foliis ſubulatis. *Sp. plant.* 59. *Mill. dict. n.* 2.

β. ſquamis bulbi baſi connexis.

M. (*vegeta*) foliis canaliculatis. *Sp. plant.* 59.

M. ſpatha biflora, caule planifolio, floribus minoribus et majoribus. *Mill. ic.* 159. *t.* 138. *f.* 1. 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 107.

Schwertelblütige Moraea. W.

Habitat in Cap. b. ſpei. 4 (*β.* v. ſ.)

Var. α. Bulbus *ſquamis latere connexis baſi diſtinctis: dentibus decem compreſſis, totidemque alternis brevioribus.* Culmus *ramoſus: ramis* 3 *f.* 4. Glumae *bivalves biflorae.* Flores *albidi. Var. β.* Bulbus *ſquamis baſi connexis bifidis depreſſis non compreſſis.* Gluma *bivalvis biflora.* Flores *in ſcapo vix plures quam* 2 *coerulei.*

16. MORAEA *iridioides.*

M. ſcapo tereti, foliis diſtichis linearibus, flore ſubſolitario terminali. *Thunb. Diſſ. n.* 18.

M. foliis enſiformibus. *Mant.* 28. *Giſeck. ic. faſc.* 1. *t.* 3.

Digitized by Google

M. ſpatha uniflora, foliis gladiatis, radice fibroſa. *Mill. ic.* 159. *t.* 239. *f.* 1.

Iris orientalis pumila ſempervirens, gramineo acuto rigido folio, flore luteo et coeruleo mixto inodoro. *Till. piſan.* 89. *t.* 33.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. II. *p.* 110.

Schwertelartige Moraea. W.

Habitat in Oriente: Conſtantinopoli. 4 (v. v.)

Caulis *ſpithamaeus teretiusculus longitudine foliorum.* Folia *diſticha enſiformia, baſi interiore anguſtata.* Flores *ex alis ſupremis foliorum tres.* Spatha *propria bivalvis.* Germen *pedicellatum ſubtrigonum ſtriatum.* Corolla *hexapetala:* Petala 3 *exteriora obovata oblonga patula barbata patentia, macula lutea in medio.* Petala 3 *interiora alba immaculata, facie exteriorum patentia.* Stylus *brevis craſſus.* Stigmata 3 *petaloidea, minora patentia coerulescentia biſida, ut in Iride.* Stamina 3 *albida ſub ſtigmate.* Capſula *exſerta truncata.*

17. MORAEA *chinenſis.*

M. ſcapo tereti, foliis diſtichis enſiformibus, floribus umbellatis. *Thunb. Diſſ. n.* 19. *

M. ſcapo tereti, foliis alternis equitantibus enſiformibus, panicula dichotoma. *Thunb. jap.* 34.

Ixia (*chinenſis*) foliis enſiformibus, panicula dichotoma, floribus pedunculatis. *Hort. upſ.* 16. *Trew. ehret.* 25. *t.* 52. *Mill. dict. n.* 1.

Bermudiana radice carnoſa, floribus maculatis, ſeminibus pulpa obductis. *Amm. act. petrop. VI. p.* 308. *t.* 7.

Bermudiana iridis folio majori, flore croceo eleganter punctato. *Krauſ. hort.* 25. *t.* 25.

Belamcanda Schularmani. *Rheed. mal.* II. *p.* 73. *t.* 37. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* II. *p.* 30.

Bunte Moraea. W.

Habitat in arenoſis Indiae, Chinae, Japoniae. 4 (v. v.)

Flores *crocei maculati.* Stylus *inclinatus.*

Corolla *hexapetala; ergo Moraeae ſpecies, Ixiae enim tubo ſunt inſtructae.* W.

M. ixioides et collina Thunbergii, et M. ferrariola Jacquinii ob ſtamina monadelpha ad Siſyrinchii genus pertinent. Moraea differt a Siſyrinchio ut Ixia a Galaxia ſtaminibus non monadelphis. W.

Digitized by Google

* 99. MARICA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 81.

Cor. 1-petala 6-partita; laciniis 3 alternis duplo minoribus. *Stigma* petaloideum trifidum: laciniis indivisi acutis. *Capſ.* trilocularis infera.

*1. MARICA *paludoſa.*

Cipura paludoſa, *Aubl. guj.* 1. *p.* 38. *t.* 13. *

Americaniſche Moraſtlilie. W.

Habitat in pratis humidis Gujanae. 4

Radix *bulboſa.* Folia *graminea.* Scapus *biflorus.* Flores *albi vel caerulei ſpathis cincti.* W.

100. DILATRIS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 82.

Cor. 6-petala hirſuta. *Filamentum* tertium reliquis minus. *Stigma* ſimplex. *Capſ.* globoſa infera trilocularis.

1. DILATRIS *corymboſa.*

D. petalis ovatis, panicula hirſuta. *Thunb. prod.* 10. *Thunb. Act. Societ. Berol.* 4. *p.* 46. *

Dilatris corymboſa. *Berg. cap.* 9. *t.* 3. *f.* 5.

Dilatris (*umbellata*) petalis ovatis, corymbo faſtigiato hirſuto. *Lin. ſuppl.* 101.

Wachendorfia (*umbellata*) umbella bifida racemoſa. *Mant.* 320.

Ixia hirſuta. *Mant.* 27. 511.

Doldentraubige Dilatris. W.

Habitat in ſabuloſis Capit. bonae ſpei. 4

Planta *tota cana villoſiſſima, exceptis floribus interne.* Radix *fibroſa.* Folia *radicalia laevia erecta ſtricta, caulina* 1 *ſ.* 2 *lanceolata brevia.* Umbella *faſtigiata regularis.* Involucrum *univerſale hexaphyllum lanceolatum breve.* Radii *pedunculares* 6 *bipartiti:* Brachio *utroque racemoſo.* Floribus *alternis adſcendentibus pedicellatis.* Corollae *intus ſubglabrae atropurpureae, petalis ovalibus connexae.* Tubus *nullus.* Stamina 3 *longitudine petalorum.* Antherae *luteae aequales.* (Filamenta 2 *longiora,* Anthera *unica ceteris major.* Thunb.) Stigma *ſtyli ſimplex trigonum.* Fructus *inferus, etiam villoſus.* Mant.

Digitized by Google

2. DILATRIS *viscosa.*

D. petalis linearibus, panicula villoso-viscida. *Thunb. prod.* 10. *Thunb. Act. Societ. Berol.* 4. *p.* 48. * *Lin. suppl.* 101.

Klebrige Dilatris. W.

Habitat in summitate montis tabularis Cap. b. spei. ♃

3. DILATRIS *paniculata.*

D. petalis lanceolatis, caule paniculato. *Thunb. prod.* 10. *Thunb. Act. Societ. Berol.* 4. *p.* 51. *

D. (*paniculata*) petalis lanceolatis, panicula oblonga villoso-viscosa. *Lin. suppl.* 101.

Rispenblütige Dilatris. W.

Habitat in arenosis Cap. b. spei. ♃

Flores *purpureo-flavescentes.*

* 101. WITSENIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 83.

Cor. 1-petala cylindrica 6-partita. *Stigma* emarginatum. *Caps.* supera.

1. WITSENIA *maura.*

W. maura. *Thunb. prod.* 7. *Thunb. Nov. Fl. Gen.* 2. *p.* 34. *c. icone.* *

Antholyza (*Maura*) floribus infundibuliformibus extus tomentosis. *Mant.* 175.

Africanische Witsenie. W.

Habitat ad Capitis b. spei *montium latera nemorosa, florens Majo.* ♃

Caulis *bipedalis anceps, tectus vaginis foliorum.* Folia *ensiformia alterna approximata striata angusta, superiora caule longiora, vaginantia vaginis imbricatis.* Spica *composita e spiculis alternis, imbricatis.* Spathulis *laxis scariosis subbifloris lanceolatis.* Corolla *infundibuliformis, figura* Gladioli Meriani; *tubo s. collo omnino atro;* limbo 6-*partito aequali luteo:* laciniis *tribus exterioribus extus tomentosis.* Stamina 3-*erecta alba.* Stylus 1. *stigmate simplici levissime trifido.*

Digitized by Google

* 102. XIPHIDIVM.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 84.

Cor. 6-petala aequalis. *Capſula* ſupera 3-locul. polyſperma.

*1. XIPHIDIVM *album.*

X. foliis glabris, petalis lineari-lanceolatis. W. †

X. floribundum *α. Swartz prod.* 17.

Xiphidium. *Loefl. it.* 239. *

Weiſſe Scheidenlilie. W.

Habitat in Cumana. 4.

*2. XIPHIDIVM *caeruleum.*

X. foliis hirſutis, petalis ovatis. W.

X. floribundum *β. Swartz. prod.* 17.

X. (*caeruleum*) floribus paniculatis, flore et foliis piloſis. *Aubl. gujan.* 1. *p.* 33. *t.* 11. *

Blaue Scheidenlilie. W.

Habitat in pratis Gujanae. 4

103. WACHENDORFIA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 85.

Cor. 6-petala, inaequalis, infera. *Capſ.* trilocularis, ſupera.

1. WACHENDORFIA *thyrſiflora.*

W. ſcapo ſubſimplici, panicula coarctata, foliis enſiformibus quinquenerviis plicatis glabris. *Thunb. prod.* 12.

W. ſcapo ſimplici. *Mill dict. n.* 1.

W. foliis lanceolatis quinquenerviis canaliculato-plicatis, floribus in thyrſum collectis. *Burm. monogr.* 2. *f.* 2. *Nou. Act. N. C.* 1. *obſ.* 50. *t.* 2. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt 11. *p.* 114.

Straufsblütige Wachendorfie. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 4 (v. v.)

2. WACHENDORFIA *paniculata.*

W. ſcapo polyſtachyo, panicula patente, foliis enſiformibus trinerviis plicatis glabris. *Thunb. prod.* 12.

W. ſcapo polyſtachyo. *Mill. dict. n.* 2. *Smith. ic. pict.* 1. *p.* 5. *t.* 5. *

W. foliis enſiformibus trinerviis, floribus paniculatis. *Burm. monogr.* 4. *f.* 1. *Nou. act. A. N. C.* 1. *obſ.* 51. *t.* 2. *f.* 10.

Digitized by Google

Aſphodelus latifolius, floribus patulis. *Breyn. prodr.* 3. *p.* 22. *t.* 9. *f.* 1.
Erythrobulbus hellebori albi plicatis foliis. *Pluk. mant.* 70.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 115.
Riſpenblütige Wachendorfie. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

*3. WACHENDORFIA *hirſuta.*
W. ſcapo polyſtachyo, panicula patente, foliis enſiformibus trinerviis plicatis villoſis. *Thunb. prod.* 12.
Siſyrinchium ramoſum aethiopicum. *Breyn. cent.* 85. *t.* 37? *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 13. *f.* 10?
Haarige Wachendorfie. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

*4. WACHENDORFIA *tenella.*
W. ſcapo ſubpolyſtachyo, panicula patente, foliis linearibus trinerviis glabris. *Thunb. prod.* 12.
Zarte Wachendorfie. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

5. WACHENDORFIA *graminea.*
W. ſcapo polyſtachyo, panicula patente, foliis enſiformibus canaliculatis glabris. *Thunb. prod.* 12.
W. (*graminifolia*) caule polyſtachyo hirſuto, foliis enſiformibus canaliculatis glabris. *Lin. ſuppl.* 101.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 117.
Grasblättrige Wachendorfie. W.
Habitat in Cap. b. ſpei. 4

104. COMMELINA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 86.

Cor. 6-petala. *Nectaria* 3, cruciata, filamentis propriis inſerta.

* *Dipetalae, ob duo petala majora.*

1. COMMELINA *communis.*
C. corollis inaequalibus, foliis ovato-lanceolatis acutis, caule repente glabro. *Hort. upſ.* 18. *Mill. dict. n.* 1. *Fabric. helmſt. p.* 17. *Thunb. jap.* 35.
C. foliis ovato-lanceolatis, caule procumbente glabro, petalis duobus majoribus. *Virid. cliff.* 6. *Hort. cliff.* 21. *Roy. lugdb.* 17. *Gron. virg.* 130.
C. procumbens annua, ſaponariae folio. *Dill. elth.* 93. *t.* 78. *f.* 89.
Koo-Seki. *Kaempf. amoen. faſc.* 5. *p.* 888. *t.* 889.

Digitized by Google

β. Commelina (*polygama*) corollis inaequalibus diandris hermaphroditis et masculis, ramis proſtratis radicantibus. *Roth. catalect. bot.* 1. *p.* 1. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 118.

Gemeine Commeline. W.

Habitat in America. ⊙ (v. v.)

Caulis *ramoſus*. Foliorum *margines laeves imberbes*.

Cyperus major ſubtriqueter paniculis oblongis ſtrictioribus. *Brown. jam.* 128. *n.* 6.

Cyperus maximus panicula minus ſparſa ferruginea, capitulis compactis craſſioribus. *Sloan. jam. hiſt.* 1. *p.* 36. *tab.* 9.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 102.

Zungenförmiges Cyperngras. W.

Habitat in Jamaica *et* Africa. (v. ſ.)

32. CYPERVS *glomeratus.*

C. culmo triquetro, umbella decompoſita, ſpiculis ovatis cylindraceo-ſpicatis, glumis obtuſis, involucro polyphyllo umbella longiore. W.

Cyperus (*glomeratus*) culmo triquetro nudo, umbella triphylla ſupradecompoſita, ſpicis glomerato-rotundatis, ſpiculis ſubulatis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 301. *

Cyperus (*alopecuroides*) culmo triquetro, umbella ſupradecompoſita, ſpicis digitatis oblongis, ſpiculis confertiſſimis imbricatis erectis. *Rottb. gram.* 38. *t.* 8. *f.* 2. *

Cyperus (*alopecuroides*) culmo trigono, umbella decompoſita involucro polyphyllo ſerrato breviore, ſpiculis cylindricis. *Thunb. prod.* 18.

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 94.
Fuchsſchwanzartiges Cyperngras. W.
Habitat in Arabia felic, India *et* Cap. b. ſpei. 4
Montii *et* Saguieri *ſynonyma a* Linnaeo *citata mihi dubia videntur.* W.

*35. CYPERVS *imbricatus.*
C. culmo triquetro nudo, umbella decompoſita, umbellularum radiis imbricatis, involucri hexaphylli foliis tribus longiſſimis, tribus breviſſimis. *Retz. obſ.* 5. *p.* 12. *
Dachziegelartigblütiges Cyperngras. W.
Habitat in India.

***** *Culmo triquetro, umbella compoſita et decompoſita.*

*34. CYPERVS *maderaſpatanus.* W.
C. culmo triquetro, umbella compoſita, ſpiculis linearibus, glumis lanceolatis uncinato-muricatis, involucro triphyllo longiſſimo lanceolato. W.
Cyperus ſquarroſus. *Rottb. gram.* 25. *t.* 6. *f.* 3.
Gramen cyperoides maderaſpatanum minimum Iſchaemi paniculis cum ariſtis. *Pluk. amalth.* 114. *t.* 397. *f.* 2.
Madraſſiſches Cyperngras. W.
Habitat in India. ⊙ (v. ſ.)

*35. CYPERVS *caſtaneus.* W.
C. culmo triquetro, umbella compoſita, ſpiculis linearibus multifloris, glumis obtuſis recurvato-mucronatis, involucro triphyllo longiſſimo convoluto-ſetaceo. W.
Kaſtanienbraunes Cyperngras. W.
Habitat in India. (v. ſ.)
Similis praecedenti, differt: ſpiculis *longioribus multifloris brunneis, nec viridescentibus vel flavicantibus;* glumis *obtuſis mucrone uncinato inſtructis, nec lanceolatis mucronatis;* involucri *foliis convolutis canaliculato-ſetaceis, nec planis lanceolatis. Cetera habitus idem.* W.

36. CYPERVS *elegans.*
C. culmo triquetro, umbella decompoſita, ſpiculis ovatis, glumis mucronatis patulis, involucro tetraphyllo umbella longiore. W.
Cyperus (*elegans*) culmo triquetro nudo, umbella foliosa, pedunculis nudis proliferis, ſpicis confertis mucronibus patulis. *Sp. plant.* 68. *Roy. lugdb.* 51. *Rottb. gram.* 34. *t.* 6. *f.* 4. *

Digitized by Google

C. panicula maxime ſparſa ferruginea compreſſa elegantiſſima. *Sloan jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 117. *t.* 75. *f.* 1. *Raj. ſuppl.* 623.

C. major umbellatus, paniculis laxis, ſpicillis teretibus, culmo triquetro. *Brown. jam.* 128. *n.* 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 96.

Schönes Cyperngras. W.

Habitat in Jamaicae *paludoſis maritimis.*

*37. CYPERVS *ſurinamenſis.*

C. culmo triquetro, umbella decompoſita, ſpiculis ovatis, glumis acuminatis imbricatis, involucro triphyllo. W.

Cyperus (*ſurinamenſis*) culmo triquetro nudo, umbella decompoſita, ſpicis oblongo-ovatis conglomeratis, mucronibus incumbentibus. *Rottb. gram.* 35. *t.* 6. *f.* 5.

Surinamiſches Cyperngras. W.

Habitat in Surinamo.

*38. CYPERVS *flavidus.*

C. culmo triquetro ſtriato, umbella compoſita triphylla, ſpicis lanceolatis, ſquamulis monandris. *Retz. obſ.* 5. *p.* 13. *

Gelbliches Cyperngras. W.

Habitat in India.

39. CYPERVS *flavescens.*

C. culmo triquetro nudo, umbella ſubcompoſita triphylla, ſpicis confertis lanceolatis, glumis obtuſis. W.

Cyperus (*flavescens*) culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis lanceolatis. *Sp. plant.* 68. *Pollich. palat. n.* 41. * *Scop. carn. n.* 53. *Hoffm. germ.* 15. *Roth. germ. I.* 20. *II.* 50.

C. umbella trifolia, ſpicis ſeſſilibus umbellatis, glumis obtuſis. *Hall. helu. n.* 1328.

C. culmo triquetro nudo, panicula folioſa ſupradecompoſita, ſpicis confertis diſtiche compreſſis. *Dalib. pariſ.* 14.

C. minimus, panicula ſparſa flavescente. *Scheuch. gram.* 385.

C. minor pulcher, panicula lata compreſſa ſubflavescente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 239. *ſ.* 8. *t.* 11. *f.* 37.

Gramen cyperoides minus, panicula ſparſa ſubflava. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 88. *t.* 88.

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 98.

Gelbes Cyperngras. W.

Habitat in Germaniae, Helvetiae, Galliae, Italiae *paludoſis.* ⊙ (v. v.)

Digitized by Google

40. CYPERUS *fuscus.*

C. culmo triquetro, umbella compoſita, triphylla, ſpicis linearibus confertis glumis acutis imbricatis. W.

Cyperus (*fuscus*) culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis linearibus. *Sp. plant.* 69. *Jacq. vindb.* 206. *Oed. dan. t.* 179. *Pollich. palat. n.* 42. * *Rottb. gram.* 33. *Leers. herb. n.* 33. *t.* 1. *f.* 2. *Hoffm. germ.* 15. *Roth. germ. I. p.* 20. *II. p.* 50.

Cyperus ferrugineus. *Forſk. deſcript. p.* 14.

C. umbella trifolia, ſpicis petiolatis congeſtis, glumis ovato-lanceolatis. *Hall. helu. n.* 1349.

C. culmo triquetro nudo, panicula diphylla ſupradecompoſita, ſpicis ſtrigoſioribus confertis diſtiche compreſſis. *Dalib. pariſ.* 15.

C. minimus, panicula ſparſa nigricante. *Scheuch. gram.* 384.

C. minor pulcher, panicula compreſſa nigricante. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 239. *f.* 8. *t.* 9. *f.* 38.

Gramen cyperoides minus, panicula ſparſa nigricante. *Bauh. pin.* 6.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 99.

Schwarzbraunes Cyperngras. W.

Habitat in Germaniae, Helvetiae, Galliae, Aegyptiae *pratis humidis.* ⊙ (v. v.)

*41. CYPERVS *virescens.*

C. culmo triquetro, umbella compoſita triphylla, ſpicis linearibus confertis, glumis acutis patulis. W.

Cyperus (*virescens*) culmo triquetro, umbella univerſali triphylla, ſpicis compreſſis. *Hoffm. germ.* 16.

Cyperus compreſſus noſter ſeu viridis. *Krock. ſileſ. n.* 69. *t.* 13.

Grünliches Cyperngras. W.

Habitat in montoſis Sileſiae. ⊙ (v. ſ.)

Similis praecedenti et forſan ſola varietas, differt: culmo *proceriore*, ſpiculis *minoribus*, glumis *fuscescentibus patulis acutis, coſta media lata viridi. A. C.* compreſſo *toto coelo diverſus.* W.

42. CYPERVS *diſformis.*

C. culmo triquetro nudo, umbella diphylla ſimplici trifida, ſpicis cuſpidatis, intermedia ſeſſili. *Amoen. acad.* 4. *p.* 302. * *Rottb. gram.* 24. *t.* 9. *f.* 2.

Gramen cyperoides elegans paniculis mollibus compoſitum maderaſpatanum. *Pluk. alm. t.* 192. *f.* 3.

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 90.
Ungleiches Cyperngras. W.
Habitat in India.
Involucrum *diphyllum*, *foliolo altero longiſſimo.* Spicae *numeroſae ſeſſiles lanceolatae*, *ſquamis ovatis concavis obtuſis*, *latere ſcarioſis.*

*43. CYPERVS *jemenicus.*
C. culmo triquetro ſeminudo baſi bulboſo, involucro diphyllo, umbella ſubſimplici, ſpiculis linearibus. *Retz. obſ.* 4. *p.* 11.
Cyperus (*jemenicus*) culmo incurvo triquetro baſi bulboſo, foliis fasciculatis ſetaceis, umbella ſimpliciſſima, ſpicis conglomeratis. *Rottb. gram.* 25. *t.* 8. *f.* 1. *
Arabiſches Cyperngras. W.
Habitat in Arabia *felici*, *inque graminoſis* Zeylonae.
4 (v. ſ.)

44. CYPERVS *ſtrigoſus.*
C culmo triquetro nudo, umbella ſimplici, ſpiculis linearibus confertiſſimis horizontalibus. *Sp. plant.* 69.
C. culmo triquetro, involucro tetraphyllo, panicula terminali pedunculata, ſpicis linearibus toroſis confertiſſimis patentibus. *Rottb. gram.* 40. *t.* 11. *f.* 3.
C. rotundus, panicula ſparſa, ſpicis ſtrigoſis ferrugineis. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 116. *t.* 74. *f.* 2. 3.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 101.
Streifiges Cyperngras. W.
Habitat in Jamaicae, Virginiae *paludibus*, *inque* India. (v. ſ.)
Radix *ſubrotunda.* Umbellae *radii ſimplices erectiusculi*, *inſtructi ſpiculis linearibus longiusculis ferrugineis confertiſſimis numeroſiſſimis horizontaliter a pedunculo communi patentibus vel etiam deorſum flexis.*

*45. CYPERVS *tenuis.*
C. culmo triquetro nudo, umbella ſimplici, ſpiculis ſubulatis confertis horizontali-reflexis, foliis involucri lineari-ſetaceis. *Swartz prod.* 20.
Dünnes Cyperngras. W.
Habitat in Jamaica.

*46. CYPERVS *tuberoſus.*
C. culmo triquetro baſi foliolo, involucro triphyllo, umbella compoſita, ſpicis lanceolatis teretiusculis. *Rottb. gram.* 28. *t.* 7. *f.* 1. *

Digitized by Google

Knolliges Cyperngras. W.
Habitat in India. 4 (v. ſ.)

47. CYPERVS *pumilus.*

C. culmo folioſo triquetro, involucro tetraphyllo, umbella compoſita, ſpicis alternis oblongo-lanceolatis nitidis. *Rottb. gram.* 29. *t.* 9. *f.* 4. *

Cyperus (*pumilus*) culmo triquetro nudo, umbella diphylla compoſita, ſpiculis alternis digitatis lanceolatis, glumis mucronatis. *Sp. plant.* 67. *Amoen. acad.* 4. *p.* 302.

Gramen cyperoides pumilum elegans e maderaſpatan. *Pluk. alm.* 179. *t.* 191. *f.* 8?

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 100.

Kleines Cyperngras. W.

Habitat in India.

*48. CYPERVS *ſtoloniferus.*

C. culmo nudo triquetro, umbella compoſita involucrata, ſpiculis lanceolatis. *Retz. obſ.* 4. *p.* 10. *

Sproſſendes Cyperngras. W.

Habitat in India. 4 (v. ſ.)

49. CYPERVS *compreſſus.*

C. culmo triquetro nudo, umbella univerſali triphylla, glumis mucronatis, lateribus membranaceis. *Sp. pl.* 68. *Rottb. gram.* 27. *t.* 9. *f.* 3. * *Swartz obſ.* 30. *

C. culmo triquetro nudo, panicula folioſa, pedunculis ſimplicibus, ſpicis alternis ſubulatis diſtichis. *Roy. lugdb.* 51. *Gron. virg.* 131.

C. rotundus gramineus fere inodorus, panicula ſparſa compreſſa viridi. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 117. *t.* 76. *f.* 1. *Rai. ſuppl.* 523.

Gramen cyperoides ſpecies major Vaudemaulecode Malabarorum. *Pluk. mant.* 97. *t.* 417. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 97.

Zuſammengedrücktes Cyperngras. W.

Habitat in pratis graminoſis Jamaicae *et* Americae *ſeptentrionalis.* (v. ſ.)

*50. CYPERVS *pulcher.*

C. culmo trigono, umbella decompoſita involucro ſubhexaphyllo breviore, ſpiculis ovatis. *Thunb. prod.* 18.

Hübſches Cyperngras. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

Digitized by Google

*51. CYPERVS *vegetus.*

C. culmo obtuſe triquetro, umbella compoſita, ſpiculis lanceolatis aggregatis monandris, involucro polyphyllo longiſſimo. W.

Cyperus (*monandrus*) culmo inferne folioſo obtuſe triangulo, umbella polyſtachya decompoſita, ſpicis lanceolatis confertis ſeſſilibus, floribus monandris. *Roth. catalect. bot.* 1. *p.* 3. *

Cyperus declinatus. *Moench. method.* 317. *

Lebhaftes Cyperngras. W.

Habitat — — — — 2 (v. v.)

Affinis videtur praecedenti. An varietas C. glabri? W.

*52. CYPERVS *albidus.*

C. culmo triquetro nudo, umbella compoſita, pedunculis corymboſis, involucro polyphyllo longiſſimo. *Retz. obſ.* 6. *p.* 21. *

Weiſsliches Cyperngras. W.

Habitat in India.

53. CYPERVS *rotundus.*

C. culmo triquetro ſubnudo, umbella decompoſita, ſpicis alternis linearibus. *Fl. zeyl.* 36. *Mat. med. p.* 45.

Cyperus (*hexaſtachyos*) foliis gramineis linearibus molliusculis glaucis, umbella ſimplici flaccida, ſpicis linearibus alternis ſubſenis. *Rottb. gram* 28. *t.* 14. *f.* 2.

C. orientalis radice olivarii, ſpicis longis e ſpadiceo-purpurascentibus. *Scheuch. gram.* 391.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 88.

Rundes Cyperngras. W.

Habitat in India. 2 (v. ſ.)

54. CYPERVS *glaber.*

C. culmo triquetro nudo laevi, umbella triphylla, floribus glomeratis, inferioribus brachiatis, foliis glabris. *Mant.* 179.

C. parvus panicula conglobata, ſpicis compreſſis ſpadiceo-viridibus. *Segu. ſuppl.* 66. *t.* 2. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 95.

Glattes Cyperngras. W.

Habitat in Veronae *humentibus.* ⊙

Culmus *palmaris glaber triquetrus aphyllus.* Folia *radicalia erecta glabra tota, longitudine culmi.* Involucrum *triphyllum culmo longius, praeter* 3 *foliola ſubulata brevia.* Umbella *ſimplex apice floribus alternis ſeſſilibus, infimis pedicellatis.* Flores *ovati com-*

Digitized by Google

preſſi diſtiche imbricati, per maturitatem fuscescentes. H. V.

55. CYPERVS *odoratus.*

C. culmo triquetro nudo, umbella decompoſita ſimpliciter folioſa, pedicellis diſtiche ſpicatis. *Sp. pl.* 68.

C. culmo triquetro nudo, umbella decompoſita ſesquipedali, ſpicis confertiſſimis ſubulatis. *Rottb. gram.* 38.

C. culmo triquetro nudo, umbella duplicata folioſa, pedunculis propriis diſtiche ſpicatis. *Roy. lugdb.* 50. *Gron. virg.* 131.

C. longus odoratus panicula ſparſa, ſpicis ſtrigoſioribus viridibus. *Sloan. jam.* 35. *hiſt.* 1. *p.* 116. *t.* 74. *f.* 1. *et t.* 8. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p* 97.

Wohlriechendes Cyperngras. W.

Habitat in America *ad fluviorum ripas.* 4

*56. CYPERVS *esculentus.*

C. culmo triquetro nudo, umbella folioſa, radicum tuberibus ovatis zonis imbricatis. *Sp. plant.* 67. *Roy. lugdb.* 51.

C. rotundus esculentus anguſtifolius. *Bauh. pin.* 14. *theatr.* 222. *Scheuch. gram.* 382. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 236. *f.* 8. *t.* 11. *f.* 10.

C. rotundus. *Lobel. ic.* 75. *Dod. pempt.* 338.

Thrali. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 504.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 87.

Esbares Cyperngras. W.

Habitat Monſpelii, *inque* Italia, Oriente. 4

*57. CYPERVS *tenuiflorus.*

C. culmo triquetro, foliis linearibus, umbella decompoſita, ſpiculis linearibus acutis anguſtiſſimis. *Rottb. gram.* 30. *t.* 14. *f.* 1. *Jacq. ic. rar.* 2. *t.* 296. *Collect.* 3. *p.* 190. *

Dünnblühendes Cyperngras. W.

Habitat — — — — 4 (v. ſ.)

*58. CYPERVS *Pangorei.*

C. culmo triquetro baſi folioſo, involucro triphyllo, umbella univerſali decompoſita: partialibus ſubtrifidis. *Retz. obſ.* 4. *p.* 10. *

Cyperus (*Pangorei*) culmo triquetro, involucro triphyllo, umbella univerſali decompoſita, partialibus ſubtrifidis, ſpicis alternis filiformibus. *Rottb. gram.* 31. *t.* 7. *f.* 3. *

Digitized by Google

Malabarifches Cyperngras. W.
Habitat in India. 4

59. CYPERVS *denudatus.*
C. culmo triquetro, involucro fubnullo. *Lin. fuppl.* 102. †
Entblöfstes Cyperngras. W.
Habitat ad Cap. b. fpei. 4
Culmus *triqueter bipedalis, vagina unica in medio culmi.* Umbella compofita, *non multum expanfa.* Involucrum *univerfale radiis vix manifeftis ut fere nullis, partiale nullum.* Spicae *oblongae purpurascentes, carina viridi, apice patentiusculae.*
Gramen adhuc dubium, quum hujus non mentionem fecerit Illuft. Thunb. *in Prodromo florae capenfis.* W.

*60. CYPERVS *lanceus.*
C. culmo trigono folioſo, umbella compofita, involucro duplo breviore, fpiculis oblongis. *Thunb. prod.* 18.
Lanzettenförmiges Cyperngras. W.
Habitat in Cap. b. fpei.
An eadem fpecies cum praecedente? W.

*61. CYPERVS *longus.*
C. culmo triquetro folioſo, umbella folioſa fupradecompofita, pedunculis nudis, fpicis alternis. *Roy. lugdb.* 50. *Mat. med.* 45. *Dalib. parif.* 14. *Scop. carn. n.* 55. *Jacq. icon. rar. 2. t.* 297. *Collect. 3. p.* 191. *
Cyperus (*procerus*) culmo triquetro fubnudo, foliis lanceolatis, umbella decompofita, fpicis lineari-lanceolatis alternis nitidis. *Rottb. gram.* 29. *t.* 5. *f.* 3. *
C. odoratus radice longa f. Cyperus officinarum. *Bauh. pin.* 14. *Scheuch. gram.* 378. *Morif. hift. 3. p.* 237. *f.* 8. *t.* 11. *f.* 13.
Houttuyn Lin. Pfl. Syft. 12. p. 85.
Langes Cyperngras. W.
Habitat in Italiae, Galliae, Carnioliae *paludibus.* 4 (v. f.)

*62. CYPERVS *faftigiatus.*
C. culmo triquetro, umbella decompofita, pedunculis longiffimis filiformibus fubquinquefidis, fpicis plurimis linearibus fparfis. *Rottb. gram.* 32. *t.* 7. *f.* 2. *
Cyperus odoratus. *Burm. ind.* 20. *t.* 8. *f.* 2.
Cyperus (*exaltatus*) culmo triquetro monophyllo, umbella fupradecompofita polyphylla, fpiculis linearibus pedunculatis. *Retz. obf.* 5. *p.* 11?
Hohes Cyperngras. W.

Digitized by Google

Habitat in India. 4 (v. f.)

Cyperus umbellatus *Burm. ind.* 21. *t.* 9. *f.* 1. *diverſus videtur.* W.

*63. CYPERVS *canaliculatus.*

C. culmo triquetro canaliculato nudo, umbella decompoſita, pedunculis racemoſis, involucro polyphyllo longiſſimo. *Retz. obſ.* 6. *p.* 20. *

Rinnenhalmiges Cyperngras. W.

Habitat in India *orientali.*

64. CYPERVS *Monti.*

C. culmo triquetro, umbella decompoſita paniculata, ſpiculis oblongis, floſculis diſtinctis, involucro hexaphyllo. W.

Cyperus (*Monti*) culmo tereti, umbella ſupradecompoſita, foliis carina laevibus. *Linn. ſuppl.* 102.

Cyperus (*ſerotinus*) umbella univerſali decompoſita folioſa, partialibus nudis ſubtrifidis, ſpicis teretiuſculis alternatim pinnatis. *Rottb. gram.* 31. *

C. ſerotinus odoratus, radice longa, panicula e locuſtis latis ferrugineis compactis. *Mont. gram.* 12. *t.* 1. *f.* 2. *Scheuchz. gram.* 380. *

Montiſches Cyperngras. W.

Habitat in maritimis Italiae *et* Tergeſti. 4 (v. f.)

Culmus *teres* (*triquetrus W.*) *laevis aphyllus.* Folia *longiſſima, margine aculeis deorſum ſecantia, ceterum glabra, etiam carina.* Umbella *ſupradecompoſita.* Involucrum *hexaphyllum longiſſimum ſimile ei in reliquis Cyperis triquetris.* Spiculae *ovatae ferrugineae.* Suppl.

Culmus *eſt revera triquetrus nec teres, ut docent ſpecimina ſicca, figura bona* Monti, *et deſcriptiones* Rottboellei *et* Scheuchzeri. W.

65. CYPERVS *Iria.*

C. culmo triquetro ſeminudo, umbella folioſa decompoſita, ſpiculis alternis, granis diſtinctis. *Sp. plant.* 67. *Rottb. gram.* 41 *

Gramen cyperoides indiae orientalis elatius, panicula ſparſa pallescente. *Pluk. alm.* 179. *t.* 191. *f.* 7.

Iria ſ. Balari. *Rheed. mal.* 12. *p.* 105. *t.* 56.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 92.

Kammförmiges Cyperngras. W.

Habitat in India. (v. f.)

Digitized by Google

Pedunculi *in umbella plurimi apice umbelluliferi.* Umbella *ex tribus quatuorve radiis, qui alternatim ſpiculas gerunt ex granis triquetris obtuſiſſimis vix manifeſta palea veſtitis, parum diſtantibus.*

Diſtinctiſſimus ſpiculis linearibus, floribus dentium pectinis inſtar, parum diſtantibus. W.

****** *Culmo triquetro, umbella ſupradecompoſita.*

*66. CYPERVS *Santonici.*

C. culmo triquetro, umbella ſupradecompoſita verticillata paniculata. W.

Cyperus *Santonici*) paniculis ſeſſilibus et pedunculatis, ſpicis linearibus, floſculis alternis remotis obtuſiſſimis *Rottb. gram.* 41. *t.* 9. *f.* 1. *

Wurmſaamenartiges Cyperngras. W.

Habitat in India.

*67. CYPERVS *corymboſus.*

C. involucro polyphyllo, umbella ſupradecompoſita pedunculis filiformibus corymboſis ſtrictis. *Rottb. gram.* 42. *t.* 7. *f.* 4. *

Cyperus (*corymboſus*) culmo trigono aphyllo, umbella decompoſita involucro breviore, ſpicis linearibus. *Thunb. prod.* 18.

Traubendoldiges Cyperngras.

Habitat in Aſia *et* Cap. b. ſpei.

*68. CYPERVS *racemoſus.*

C. culmo triquetro nudo, umbella ſupradecompoſita, pedunculis ramoſis racemoſisque, involucro polyphyllo longo. *Retz. obſ.* 6. *p.* 20. *

Traubenblütiges Cyperngras. W.

Habitat in India orientali.

69. CYPERVS *Haſpan.*

C. culmo triquetro folioſo, umbella ſupradecompoſita, ſpiculis umbellato-ſeſſilibus. *Sp. pl.* 66. *Fl. zeyl.* 37.* *Rottb. gram.* 36. *t.* 6. *f.* 2. *

Gramen cyperoides maderaspatanum, panicula magis ſparſa et ſpecioſa. *Pluk. alm.* 179. *t.* 192. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 84.

Sternförmiges Cyperngras. W.

Habitat in India, Aethiopia. 4

70. CYPERVS *elatus.*

C. culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſupradecompoſita, ſpicis digitalibus imbricatis, ſpiculis ſubulatis. *Sp. plant.* 67. *Amoen. acad.* 4. *p.* 301. *

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 94.
Groſses Cyperngras. W.
Habitat in India. (v. ſ.)

Gramen *magnum.* Culmus *triquetrus laevis.* Umbella *ſupradecompoſita inaequalis.* Involucrum *univerſale polyphyllum longiſſimum, partialia ſpicis breviora.* Spicae *ſeſſiles non modo ad umbellas univerſales, ſed et ad partiales ac proprias longitudine digiti ferrugineae imbricatae ex ſpiculis teneris ſubulatis diſtichis.*

71. CYPERVS *diſtans.*

C. culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſupradecompoſita, ſpicis alternis filiformibus, flosculis diſtantibus. *Lin. ſuppl.* 103. *Jacq. ic. rar.* 2. *t.* 299. *Collect.* 3. *p.* 189. *

Cyperus (*elatus*) culmo triquetro nudo, umbella folioſa ſupradecompoſita, ſpicis alternis longiſſimis filiformi-ſubulatis. *Rottb. gram.* 37. *t.* 10. *

Entferntblütiges Cyperngras. W.
Habitat in inſulis Caribaeis. 4

* 72. CYPERVS *diphyllus.*

C. culmo ſubtriquetro diphyllo, umbella ſupradecompoſita, ſpiculis teretiusculis ſubpinnatis. *Retz. obſ.* 5. *p.* 11. *

Zweyblättriges Cyperngras. W.
Habitat in aquis fluentibus Indiae *orientalis.*

73. CYPERVS *Papyrus.*

C. culmo triquetro nudo, umbella involucris longiore, involucellis triphyllis ſetaceis longioribus, ſpiculis ternis. *Syſt. veg.* 97. *Rottb. gram.* 32.

C. culmo triquetro nudo, umbella ſimplici folioſa, pedunculis ſimpliciſſimis vaginatis diſtiche ſpicatis. *Roy. lugdb.* 50.

C. omnium maximus Papyrus dictus locuſtis minimis. *Mich. gen.* 44. *t.* 19. *Mont. gram.* 14.

C. enodis nudus, culmis e vaginis brevibus prodeuntibus, ſpicis tenuioribus. *Scheuch. gram.* 387. *t.* 8. *f.* 14.

C. niloticus vel ſyriacus papyraceus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 239. *ſ.* 8. *t.* 11. *f.* 41.

Papyrus ſyriaca et ſiciliana. *Bauh. pin.* 19. *theatr.* 333.
Papyrus. *Bruce itin.* 5. *p.* 1. *t.* 1. *ed. germ.* 5. *p.* 13. *t.* 1.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 108.
Papier-Cyperngras. W.

Digitized by Google

Habitat in fluviis Calabriae, Siciliae, Syriae, Aegypti. 4 (v. v.)

Involucrum 8-*phyllum umbella brevius: foliolis exterioribus* 4 *latioribus.* Umbella *universalis subaequalis copiosissima, radiis basi vaginatis.* Involucella *triphylla setacea erecta longitudine involucri universalis.* Umbellulae *pedunculis ternis brevissimis.* Spiculae *plures alternae subulatae sessiles.*

* * * * * * * *Culmo triquetro, umbellis axillaribus.*

*74. CYPERVS *flabelliformis.*

C. culmo triquetro, foliis in summo culmo confertis, umbellis axillaribus decompositis, spiculis ovatis. W.

Cyperus (*flabelliformis*) culmo sulcato triquetro, involucris alternis, pedunculis axillaribus solitariis, terminalibus umbellatis corymbiferis. *Rottb. gram.* 42. *t.* 12. *f.* 2.

Fächerförmiges Cyperngras. W.

Habitat in Arabia *felici.* 4

75. CYPERVS *alternifolius*

C. culmo triquetro, foliis in summo culmo confertis, umbellis axillaribus compositis, spiculis linearibus. W.

Cyperus (*alternifolius*) culmo triquetro nudo apice alternatim folioso, pedunculis lateralibus proliferis. *Mant. p.* 28. *Jacq. ic. rar.* 2. *t.* 298. *Collect.* 2. *p.* 306.* *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 12. *p.* 107.

Wechselblättriges Cyperngras. W.

Habitat in insula Madagascar. 4 (v. s.)

Culmi *pedales triquetri nudi apice foliis alternis confertis ensiformibus semipedalibus laevibus margine scabriusculis.* Bractea *subulata e singulis alis.* Pedunculus *e singuli folii ala filiformis folio quadruplo brevior terminatus.* Spica *ovata.* Pedicelli *alterni e basi spicae, apice ferentes* spicam *similem.* Umbella *adeoque nulla.*

Illust. Linnaeus *sine dubio specimen vidit mancum,* spiculae *sunt lineares in* umbella *axillari dispositae.* W.

76. CYPERVS *spathaceus.*

C. culmo triquetro folioso, racemis axillaribus. W.

Cyperus (*spathaceus*) culmo vaginis foliorum vestito, pedunculis pinnatis lateralibus. *Syst. veg.* 84.

Schoenus (*spathaceus*) culmo tereti, spathis alternis mucronatis paniculas involventibus, spicis alternis patentibus. *Sp. plant. ed.* 2. *p.* 63.

Digitized by Google

Cyperus ferrugineus. *Sp. plant. ed.* 1. *p.* 44.
C. racemis ſimplicibus lateralibus ſolitariis diſtichis, ſpicis alternis patentibus. *Gron. virg.* 131.
Gramen junceum elatius, caule articulato, virginianum, cyperi paniculis inter folia prope ſummitatem prodeuntibus. *Pluk. alm.* 179. *t.* 301. *f.* 1.
Gramen fluviatile geniculatum, panicula foliacea virginianum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 183. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 17.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 106.
Scheidenartiges Cyperngras. W.
Habitat in Virginia. ♃
Magnitudo Sacchari. Spathae *magnae monophyllae alternae deciduae, racemos floriferos involvunt.*

113. SCIRPVS.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 94.

Glumae paleaceae, undique imbricatae. *Cor.* 0. *Sem.* 1, imberbe.

* *Spica unica.*

1. SCIRPVS *mutatus.*
S. culmo triquetro nudo, ſpica cylindrica terminali, *Amoen. acad.* 5. *p.* 391. *
S. culmo triquetro nudo, ſpica oblonga ſtricta terminali. *Brown. jam.* 126. *n.* 4.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 110.
Veränderte Binſe. W.
Habitat in Jamaica. ♃
Simillimus S. geniculato, ſed Culmus triqueter, molliusculus, nec articulatus.

*2. SCIRPVS *ſpiralis.*
S. culmis aggregatis ſubnudis triquetris, ſpica cylindrica terminali, floſculis cuneiformibus truncatis ſpiraliter diſpoſitis. *Rottb. gram.* 45. *t.* 75. *f.* 1. *
Spiralährige Binſe. W.
Habitat in India. ♃ (v. ſ.)

3. SCIRPVS *articulatus.*
S. culmo tereti nudiusculo ſemigeniculato, capitulo glomerato laterali. *Sp. plant.* 70. *Rottb. gram* 53. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 8.
Scirpus (*fiſtuloſus*) culmo ſubulato nudo, baſi vaginato, capitulo laterali. *Forſk. deſcr.* 14. *n.* 45.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 116.

Digitized by Google

Tſieli. *Rheed. mal.* 12. *p.* 135. *t.* 71.
Hohlhalmige Binſe. W.
Habitat in Malabariae *aquoſis arenoſis.* (v. ſ.)
Culmus *cavus, geniculis cinctus, at non undique.*
Spicae *laterales in capitulum ſemiverticillatum collectae.*

*4. SCIRPVS *plantagineus.*
S. culmis teretibus geniculatis nudis, ſpica terminali cylindrica nuda. *Retz. obſ.* 5. *p.* 14. *
Scirpus (*plantaginoides*) culmis ventricoſis ſulcatis nudis, ſpica cylindrico-ſubulata terminali, floſculis oblongis carinatis. *Rottb. gram.* 45. *t.* 15. *f.* 2. *
Wegebreitähnige Binſe. W.
Habitat in India. 4

*5. SCIRPVS *nutans.*
S. culmo compreſſo ſubtetragono nudo, ſpica ovata ſolitaria terminali nutante. *Retz. obſ.* 4. *p.* 12. *
Krummähnige Binſe. W.
Habitat in uliginoſis Malaccae. 4

6. SCIRPVS *paluſtris.*
S. culmo tereti nudo, ſpica ſubovata terminali. *Oed. dan. t.* 273. *Flor. ſuec.* 41. 42. *Pollich. pal. n.* 43. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 83. *n.* 8. *Leers. herborn. n.* 34. *t.* 1. *f.* 3. *Hoffm. germ.* 16. *Roth. germ. I. p.* 21. *II. p.* 52.
S. caule terete, ſpica terete pauciflora. *Hall. helu. n.* 1336.
S. culmo nudo, ſpica terminali ſubovata. *Roy. lugdb.* 48.
S. equiſeti capitulo majore. *T. Scheuch. gram.* 360. *Fl. lapp.* 19.
Juncus paluſtris, capitulo equiſeti, major. *Bauh. pin.* 12. *Lobel. ic.* 86.
Juncellus cyperoides capitulo ſimplici. *Loeſ. pruſſ.* 131. *t.* 36.
β. S. equiſeti capitulo majori alter. *Scheuch. gram.* 361. *t.* 7. *f.* 17.
Juncus capitulis equiſeti longioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 233. *t.* 10. *f.* 33.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 111.
Sumpf Binſe. W.
Habitat in Europae *foſſis et inundatis.* 4 (v. v.)

7. SCIRPVS *geniculatus.*
S. culmo tereti nudo, ſpica oblonga terminali. *Rottb. gram. p.* 44.

S. culmo nudo, ſpica terminali ſubrotunda. *Hort. cliff.* 21. * *Roy. lugdb.* 48.

S. culmo rotundo nudo, ſpica ſtricta oblonga terminali. *Brown. jam.* 126. *n.* 5.

Juncus aquaticus geniculatus, capitulis equiſeti, major et minor. *Sloan. jam.* 37. *hiſt.* 1. *p.* 122. *t.* 75. *f.* 2. *et t.* 81. *f.* 3. *Rai. ſuppl.* 628.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 112.

Gegliederte Binſe. W.

Habitat in Jamaica. (v. ſ.)

8. SCIRPVS *Caricis.*

S. culmo ſubtriquetro nudo, ſpica diſticha compreſſa involucro monophyllo. *Retz. prod. ed.* 2. *n.* 64. *Roth. germ II. p.* 56. *

Schoenus *(compreſſus)* culmo ſubtriquetro, ſpica diſticha, involucro monophyllo. *Sp. plant.* 65. *Pollich. palat. n.* 38. *t.* 1. *f.* 3. * *Leers. herborn. n.* 32. *t.* 1. *f.* 1. * *Hoffm. germ.* 15.

Scirpus planifolius ſpica terminante diſticha. *Hall. helu. n.* 1342.

Carex *(uliginoſa)* ſpica compoſita, ſpiculis androgynis inferioribus remotioribus foliolo longiori inſtructis, culmo tereti. *Sp. pl.* 1381. *Fl. ſuec.* 748, 836. W.

Cyperella montana ſpicata, radice repente, culmo rotundo triquetro, ſpica fusca compreſſa diſticha, ſemine cinereo. *Mich. gen.* 53.

Gramen cyperoides ſpica ſimplici compreſſa diſticha. *Pluk. alm.* 173. *t.* 34. *f.* 9. *Scheuch. gram.* 490. *t.* 11. *f.* 6. *Rai. hiſt.* 1910. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 245.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 73.

Rietgrasartige Binſe. W.

Habitat in Germania, Suecia, Anglia, Helvetia, Italia. 24 (v. v.)

9. SCIRPVS *caeſpitoſus.*

S. culmo ſtriato nudo, ſpica terminali bivalvi, calycinis glumis inaequalibus ovali-oblongis, mucrone viridi terminatis, altera majore ſpicam aequante, radicibus ſquamoſis. *Roth. catalect. bot.* 1. *p.* 7.

S. culmo ſtriato nudo, ſpica bivalvi terminali longitudine calycis, radicibus ſquamula interſtinctis. *Flor. ſuec.* 42. 43. *Pollich. pal. n.* 44. *Roth. germ. I. p.* 21. *II. p.* 52. *Hoffm. germ.* 16.

S. caule terete, aphyllo, ſpica pauciflora, acuminata, calycinae glumae longitudine. *Hall. helu. n.* 1334.

Digitized by Google

S. folio culmi unico. *Fl. lapp.* 20. *Roy. lugdb.* 49.

S. montanus, capitulo breviore. *Scheuch. gram.* 363. *t.* 7. *f.* 18 *Pluk. phyt.* 40. *f.* 6. *Rai. angl.* 4. *p.* 32.

Juncus parvus montanus cum parvis capitulis luteis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 523. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 333. *t.* 10. *f.* 35. *Hall.*

Gramen junceum, foliis et ſpica junci, minus. *Bauh. pin.* 6.

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 113.

Moor Binſe. W.

Habitat in Europae *paludibus caespitoſis ſylvaticis.* 4 (v. ſ.)

10. SCIRPVS *Baeothryon.*

S. culmo ſtriato nudo, ſpica bivalvi, glumis calycinis inaequalibus ovatis obtuſiusculis membranaceis; altera majore ſpica duplo breviore. *Roth. Catalect. bot.* 1. *p.* 8.

S. (*Baeothryon*) culmo tereti ſtriato nudo baſi vaginato, vagina truncata, ſpica terminali pauciflora bivalvi, valvulis ovatis ſpica brevioribus margine ſcarioſis, exteriori breviori. *Lin. ſuppl.* 103. *Hoffm. germ.* 16. *Roth. germ. I. p.* 21. *II. p.* 54. * *Oed. dan. t.* 167. *Ehrh. Beitr.* 2. *p.* 81. *ubi ſynonyma*

S. culmo ſtriato tereti nudo baſi vaginato, vagina truncata, ſpica terminali pauciflora bivalvi, valvulis ovatis ſpica brevioribus margine ſcarioſis, exteriore breviore. *Timm. prod. n.* 603.

S. (*Halleri*) foliis teretibus, culmi vagina truncata, ſpica terminali triflora, ſeminibus villis paucis circumvallatis. *Villars. delph.* 2. *p.* 188.

Scirpus pauciflorus. *Lightf. ſcot. p.* 1078. *Hudſ. angl.* 648.

S. caule tereti, ſpica nuda pauciflora, glumis calycinis longiore. *Hall. hiſt. n.* 1355. *

S. minimus, capitulo ſquamoſo breviore et craſſiore fusco. *Scheuch. agroſt. p.* 366. *t.* 7. *f.* 21. *

Torf-Binſe. W.

Habitat in turfoſis Sueciae, Germaniae, Galliae, Angliae. 4 (v. ſ.)

*11. SCIRPVS *campeſtris.*

S. culmo ſtriato nudo, ſpica terminali calycem bivalvem vix ſuperante, glumis calycinis oblongis apice membranaceis obtuſis ſubaequalibus. *Roth. Catal. bot.* 1. *p.* 5. *

S. minimus ſpica breviore ſquamoſa ſpadicea. *Scheuch. agroſt.* 364. *t.* 7. *f.* 19. * *bona.*
Feld-Binſe. W.
Habitat in ducatu Oldenburgenſi *et* Bremenſi. ♃ (v. ſ.)

12. SCIRPVS *capitatus.*

S. culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ſubgloboſa terminali. *Sp. pl.* 70.
Scirpus (*caribaeus*) culmis fasciculatis ſetaceis ſulcatis triquetris, ſpica minima ovata terminali. *Rottb. gram.* 46. *t.* 15. *f.* 3. *
S. culmo ſetaceo nudo, ſpica ſubgloboſa. *Gron. virg.* 12.
S. minimus nudus, capitulo ſtricto ovato, radice fibroſa. *Brown. jam.* 126. *n.* 3.
Juncus aquaticus capitulis equiſeti minimis. *Sloan. jam.* 122.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 116.
Kopfförmige Binſe. W.
Habitat in Virginia *inque inſulis* Caribaeis. ♃ (v. ſ.)

*13. SCIRPVS *ovatus.*

S. culmo ſubcompreſſo nudo filiformi, ſpica ovata terminali nuda, floribus diandris. *Roth. Catalect. bot.* 1. *p.* 5.
Scirpus (*compreſſus*) radice fibroſa non repente, culmo nudo caespitoſo ſubcompreſſo erecto ſetiformi, ſpiculis terminalibus ſolitariis ſubgloboſis nudis, ſtaminibus duobus tribusve, ſtylo bifido. *Moench. method. p.* 349.
Scirpus capitatus. *Schreb. ſpicil. p.* 60. *Krock. ſileſ.* 1. *n.* 71. *Hoffm.* 17. *Roth. germ. I. p.* 21. *II. p.* 54. * *Ehrh. Beitr.* 4. *p.* 155. *n.* 16.
S. caule aphyllo, ſpicis imbricatis ſubrotundis, glumis obtuſis. *Bergen. francof.* 315.
S. capitulis equiſeti craſſioribus et habitioribus pumilus et multicaulis. *Rupp. jen.* 319.
Juncus clavatus minor capitulis rotundioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 233. *f.* 8. *t.* 10. *f.* 34.
Eyförmige Binſe. W.
Habitat in Germaniae, Sileſiae *humidis.* ♃ (v. ſ.)

*14. SCIRPVS *atropurpureus.*

S. culmis ſetaceis teretibus fasciculatis, ſpicis terminalibus ovatis ſolitariis, floribus monandris. *Retz. obſ.* 5. *p.* 14. *

Digitized by Google

Schwarzrothe Binſe. W.
Habitat in humidiusculis uliginoſis Indiae.

*15. SCIRPVS *polytrichoides.*
S. culmis compreſſis ſetaceis, ſpicis terminalibus ſolitariis ſubnutantibus monandris. *Retz. obſ.* 4. *p.* 11. *
Gramen polytrichum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 17. *t.* 7. *f.* 1.
Haarmoosartige Binſe. W.
Habitat in pascuis depreſſis ſubudis Zeylonae.

16. SCIRPVS *acicularis.*
S. culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ovata bivalvi, ſeminibus nudis. *Oed. dan. t.* 287. *Flor. ſuec.* 43. 44. *Dalib. pariſ.* 17. *Pollich. pal. n.* 45. * *Hoffm. germ.* 17. *Roth. germ. I. p.* 21. *II. p.* 55.
S. magnitudine aciculae. *Flor. lapp.* 21. *Roy. lugdb.* 49.
Mariscus foliis ſetaceis, mollibus, ſpica nuda pauciflora. *Hall. helu. n.* 1346.
Juncellus minimus, capitulis equiſeti. *Pluk. alm.* 201. *t.* 40. *f.* 7. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 234. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 37.
Juncus inutilis ſ. chamaeſchoenus. *Bauh. theatr.* 183. *Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt.* 12. *p.* 116.
Nadelförmige Binſe. W.
Habitat in Europa *ſub aquis purioribus.* 4 (v. v.)

17. SCIRPVS *fluitans.*
S. culmis teretibus nudis alternis, caule folioſo flaccido. *Necker gallob. p.* 25. *Hoffm. germ.* 17. *Roth. germ. I. p.* 22. *II. p.* 55.
S. foliis linearibus planis alternatim fasciculatis, ſpica terminali. *Guett. ſtamp.* 141.
S. caule folioſo flaccido, ſcapis alternis capitatis. *Roy. lugdb.* 49. *Sauv. monſp.* 9.
S. equiſeti capitulo minori. *T. Scheuch. gram.* 365. *t.* 7. *f.* 20.
Juncellus, capitulis equiſeti, minor fluitans. *Bauh. pin. prodr.* 23. *theatr.* 187.
Gramen junceum clavatum minimum. *Rai. hiſt.* 1310. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 230. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 31. *Pluck. alm.* 180. *t.* 35. *f.* 1.
β. Scirpus (*ſtolonifer*) culmo canaliculato, baſi folioſo, ſpica terminali bivalvi ſubbiflora. *Roth. in Uſteri Neu Annal.* 4. *p.* 36. *
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 117.
Schwimmende Binſe. W.
Habitat in Angliae, Galliae, Germaniae *udis.* 4 (v. f.)

Digitized by Google

** *Culmo tereti polyſtachyo.*

18. SCIRPVS *lacuſtris.*

S. culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Flor. ſuec.* 40. 46. *Pollich. pal. n.* 46. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 79. *Hoffm. germ.* 17. *Roth. germ. I. p.* 22. *II. p.* 57.

S. caule tereti, panicula laterali ramoſa, locuſtis ovatis. *Hall. helu. n.* 1337.

S. ſpicis copioſis. *Roy. lugdb.* 48.

S. paluſtris altiſſimus. *Scheuch. p.* 454. *Tourneſ. inſt.* 528.

Juncus maximus ſ. ſcirpus major. *Bauh. pin.* 12. *theatr.* 178.

Juncus aquaticus maximus. *Lob. ic.* 25. *Hall.* R. *Houttuyn Lin. Pfl. Syſt.* 12. *p.* 118.

See-Binſe. W.

Habitat in Europa *aquis puris ſtagnantibus et fluviatilibus.* 4 (v. v.)

Varietas *eſt Juncus paluſtris humilior. Scheuch. gram. p.* 356. *Juncus ſylvaticus. Tabern. p.* 250. *Hall. Pollich. l. c.* β. R.

*19. SCIRPVS *glomeratus.*

S. culmo nudo teretiuſculo, umbella glomerata, involucro diphyllo brevi, floribus diandris. *Retz. obſ.* 4. *p.* 11. *

Knaulförmige Binſe. W.

Habitat ad agrorum margines Zeylonae. 4.

*20. SCIRPVS *arvenſis.*

S. culmis compreſſis ſtriatis, umbellis ſimplicibus, involucro monophyllo brevi. *Retz. obſ.* 4. *p.* 11. *

Acker-Binſe. W.

Habitat in Zeylona.

*21. SCIRPVS *truncatus.*

S. culmo tereti, capitulo glomerato-globoſo, involucro diphyllo, foliis linearibus. *Thunb. prod.* 17.

Abgeſtutzte Binſe. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

*22. SCIRPVS *laciniatus.*

S. culmo tereti, capitulo triangulari, glumis ovatis ciliatis, involucro diphyllo. *Thunb. prod.* 17.

Zerſchlitzte Binſe. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei.

Digitized by Google

*23. SCIRPVS *membranaceus.*

S. culmo tereti, capitulo angulato, glumis ovatis membranaceis, involucro triphyllo. *Thunb. prod.* 17.

Häutige Binſe. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei.

*24. SCIRPVS *piloſus.*

S. culmo compreſſo, capitulo ovato, glumis lanceolatis ciliatis involucro tetraphyllo. *Thunb. prod.* 18.

Haarige Binſe. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

*25. SCIRPVS *Hyſtrix.*

S. culmo capillari, capitulo ſubdiſtachyo, glumis acuminatis ſquarroſis, involucro monophyllo. *Thunb. prod.* 17.

Stachliche Binſe. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

26. SCIRPVS *Holoſchoenus.*

S. culmo tereti nudo, ſpicis ſubgloboſis glomeratis pedunculatis, pedunculo diphyllo inaequali mucronato. ~~*Oed. dan. t.* 454~~. *Pluk. phyt.* 40. *f.* 4. *Hoffm. germ.* 17. ~~*Both. germ. I. p.* 90. *II. p.* 58.~~

S. panicula ſolum folioſa, ſpicis globoſis pedunculatis lateralibus. *Sauv. monſp.* 8.

Juncus acutus maritimus, capitulis rotundis. *Bauh. pin.* 11. *theatr.* 17.

Scirpoides maritimum, capitulis ſparſis glomeratis. *Scheuch. gram.* 371.

Holoſchoenus. *Dalech. hiſt.* 8. 987.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 123.

Knopfgrasartige Binſe. W.

Habitat in Europa *auſtrali.* 4

~~27. SCIRPVS *auſtralis.*~~

S. culmo tereti nudo, capitulo laterali, bractea reflexa, foliis canaliculatis. *Syſt. Veg.* 85.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 124.

Südliche Binſe. W.

Habitat

Simillimus S. romano, *ſed foliolis ſ. culmis ſterilibus binis, erectis, laevibus, canaliculatis (nec teretibus) baſi vaginantibus margine ſcarioſo.* Culmi *teretes, laeves, vix pedales, ſupra capitulum apice erecto, ſed canaliculato.* Bractea *reflexa ad culmum, apice ejus brevior.* Capitulum *conglobatum, ſeſſile,*

Digitized by Google

rotundatum, obtuſum, ferrugineum: valvulis imbricatis, apice ſubtrilobis, obtuſis, lobis lateralibus apice fuscis.

28. SCIRPVS *romanus.*

S. culmo tereti nudo, capitulo laterali conglobato, bractea reflexa. *Pall. it.* 3. *p.* 537. *Jacq. auſt.* 5. *p.* 23. *t.* 448.

S. capitulo ſingulari, radice tomentoſa. *Barr. rar.* 1249. *t.* 255. *f.* 3.

Scirpoides acutum maritimum, capitulo glomerato ſolitario. *Scheuch. gram.* 373. *Mich. gen.* 52.

β. Juncus minor acutus maritimus prolifer ex uno capitello multa. *Pluk. alm.* 200. *t.* 40 *f.* 5.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 11. *p.* 124.

Römiſche Binſe. W.

Habitat in Galloprovincia, Sibiria et Romae. 24 (v. ſ.)

Huic Calami ſili craſſitie; Sc. holoſchoeni vero craſſi ut in S. lacuſtri et apice pungentes.

*29. SCIRPVS *nodoſus.*

S. culmo compreſſo nodoſo, capitulo glomerato mucronato. *Rottb. gram.* 52. *t.* 8. *f.* 3. *

Knotige Binſe. W.

Habitat in Cap. b. ſpei.

*30. SCIRPVS *radiatus.*

S. culmo tereti, capitulo hemiſphaerico, involucro polyphyllo. *Thunb. prod.* 18.

Schoenus (*radiatus*) culmo teretiusculo, capitulo ſubrotundo, involucro octophyllo longiſſimo. *Lin. ſuppl.* 101.

Strahlige Binſe. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 24

Culmus *aphyllus palmaris teretiusculus ſtriatus.* Folia *linearia canaliculata laevia rigidiuscula ſpithamaea plura.* Capitulum *hemiſphaericum magnitudine pruni.* Involucrum *octophyllum longitudine culmi lanceolatum, foliis triplo latius flavum.* Foliola *alia inter florum acervos, involucri ſimilia, ſed minora.* Flores *ex ſquamis parvis lanceolatis uniſloris, omnibus e baſi acervorum nec imbricatis.* Stamina *tria.* Stylus *unus.* Semina *absque pappo.*

31. SCIRPVS *ſetaceus.*

S. culmo nudo ſetaceo, ſpica terminali ſeſſili. *Oed. dan. t.* 311. *Leers. herborn. n.* 35. *t.* 1. *f.* 6. *Hoffm. germ.* 17.

Digitized by Google

Roth. germ. I. p. 22. *II. p.* 58. *Rottb. gram.* 47. *t.* 15. *f.* 5. 6. *

S. culmo nudo ſetaceo, ſpicis lateralibus ſubſolitariis ſeſſilibus. *It. ſcan.* 227. * *Flor. ſuec.* 2. *n.* 45. *Pollich. pal. n.* 47.

Mariscus ſetaceus, capitulis lateralibus perpaucis. *Hall. helu.* 1345.

Scirpus culmo nudo ſetaceo, ſpicis pedunculatis. *Roy. lugdb.* 49.

S. foliaceus humilis. *Dill. ſyn.* 3. *p.* 430. *cat. gieſſ. p.* 158. R.

S. omnium minimus capitulo breviore. *Schæuch. gram.* 358.

Juncellus omnium minimus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 132. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 23.

Gramen junceum minimum, capite ſquamoſo. *Bauh. pin.* 6. *prodr.* 13.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 11. *p.* 125.

Borſtenartige Binſe. W.

Habitat in Europae *litoribus maritimis, ad ſtagna.* 4 (v. v.)

Folia *ſetacea.* Culmi *nudi, ſetacei, craſſitie foliorum, copioſi, duplo longiores.* Spica *terminalis, ovata (rarius* 2*), pallida ſquama infima ſubulata, longitudine ſpicae.*

Cl. Rottboell hunc Scirpum *cum* Sc. ſupino *et* Cypero minimo *conjungit in deſcr. plant. lib.* 1. *p.* 47. *t.* 15. *f.* 4. 5. 6. R.

32. SCIRPVS *ſupinus.*

S. culmo tereti nudo, ſpicis ſeſſilibus in medio culmo glomeratis. *Dalib. pariſ.* 16. *Roth. germ. II. p.* 58.

S. ſupinus minimus, capitulis conglobatis, foliis rotundo-teretibus. *Tournef. inſt.* 528.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 127.

Niedrige Binſe. W.

Habitat Pariſiis *inque* Marchia Electorali Brandenburgica. 4 (v. ſ.)

*33. SCIRPVS *natans.*

S. culmo compreſſo folioſo flexuoſo-erecto, ſpicibus duabus lateralibus. *Thunb. prod.* 17.

Waſſer-Binſe. W.

Habitat in aquis Cap. b. ſpei.

Digitized by Google

*34. SCIRPVS *vaginatus.*
S. culmo filiformi, capitulis lateralibus alternis involucro brevioribus. *Thunb. prod.* 17.
Scheidentragende Binſe. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei.

*35. SCIRPVS *triſtachyos.*
S. culmo capillari, capitulo triſtachyo, glumis integris, involucro diphyllo. *Thunb. prod.* 17.
Scirpus (*triſtachyos*) culmo nudo ſetaceo, ſpicis ternis ſeſſilibus, involucro diphyllo ſetaceo. *Lin. ſuppl.* 103. *Rottb. gram.* 48. *t.* 13. *f.* 4. * (*excluſo ſynonymo Plukenetii*).
Dreyährige Binſe. W.
Habitat ad Cap. b. ſpei.
Folia *et* Culmi *ſetacei glaberrimi.* Capitulum *laterale, mox infra apicem culmi, ex ſpicis tribus ad ſeptem ſeſſilibus. Variat magnitudine. Simillimus S. capillari, at ſpicae non pedunculatae, ſorte illius ſola vatietas.*

*36. SCIRPVS *uncinatus.* W.
S. piloſus, culmo tereti folioſo, ſpicis in capitulum conglomeratis terminalibus axillaribusque. W.
Scirpus capitatus. *Burm. ind.* 21?
Gramen hirſutum indicum, glomeratis capitulis lagopi coeruleis, gluma e ſquamulis plurimis etc. *Pluk.* 178. *t.* 190. *f.* 7. *
Hakenförmige Binſe. W.
Habitat in India. (v. ſ.)
Culmus *biuncialis teres piloſus et folioſus.* Folia *graminea utrinque piloſa, ratione plantae lata.* Flores *capitato-glomerati.* Glomerulus *terminalis involucro diphyllo brevi piloſo inſtructus, glomerulus alter pedunculatus nudus in axilla folii ſupremi.* Squamae *lanceolatae ſtramineae mucronatae uncinatae elevato-nerveſae.* W.

*37. SCIRPVS *ariſtatus.*
S. culmo ſtriato tereti folioſo, panicula terminali diphylla, ſpiculis ovatis ſquarroſo-echinatis.
Scirpus piloſus. *Retz. obſ.* 6. *p.* 19. *
Gegrannte Binſe. W.
Habitat in India.
Mutavi triviale nomen, quum jam alia ſpecies a Thunbergio *Scirpus piloſus ſit nuncupata.* W.

Digitized by Google

*38. SCIRPVS *autumnalis.*
S. culmo ancipiti nudo, umbella decompoſita, ſpiculis ovatis. *Mant.* 180.
Scirpus (*autumnalis*) involucro diphyllo, panicula ſupradecompoſita, ſpicis terminalibus ſolitariis lanceolatis ſubtetraquetris. *Rottb. gram.* 58. *t.* 17. *f* 3?
S. folioſus puſillus autumnalis, culmo plano utrinque paululum compreſſo. *Clayt.* 772.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 127.
Herbſt-Binſe. W.
Habitat in Virginia *et* Jamaica. 4
Facies *Junci piloſi.* Folia *radicalia, graminea, laxa, nonnihil ſcabra, ſaepe culmi longitudine.* Culmi *palmares, nudi, compreſſi ancipites, altero latere ſubcarinati.* Involucrum *terminale, diphyllum, foliis ſimile, umbella fere longius.* Umbella *decompoſita, patula, inaequalis.* Pedunculi *ſaepius ſpicis tribus.* Spicae *ovatae ſ. oblongiuſculae, ſquamis ovatis, ferrugineis carina viridi, vix mucronatis.*
Rottboelli planta diverſa videtur. W.

*39. SCIRPVS *diphyllus.*
S. culmis ſemicylindricis ſtriatis diphyllis, umbella compoſita involucro diphyllo longiore. *Retz. obſ.* 5. *p.* 15.*
Zweyblättrige Binſe. W.
Habitat in Tranquebaria.

*40. SCIRPVS *faſtigiatus.*
S. culmo filiformi, capitulo convexo compreſſo, glumis extimis mucronatis, involucro nullo. *Thunb. prod.* 18.
Gipfelblütige Binſe. W.
Habitat in Cap. b. ſpei.

*41. SCIRPVS *globuloſus.*
S. culmo compreſſo nudo, panicula terminali, ſpicula unica ſeſſili; pedunculatis pluribus globoſis. *Retz. obſ.* 6. *p.* 19.*
Kugelblütige Binſe. W.
Habitat in India.

42. SCIRPVS *globiferus.*
S. culmo nudo tereti, umbella terminali compoſita, capitulis globoſis, ex ſpiculis pluribus arcte congeſtis. *Lin. ſuppl.* 104.
Tenariffa Binſe. W.
Habitat in Tenariffa.

Digitized by Google

Culmus *glaberrimus teres aphyllus, terminatus ſpatha.* Spatha *breviſſima diphylla, foliolis aequalibus ſubulatis mucronatis.* Pedunculi *ex ſpatha exeuntes plures ancipites, terminati globulis ex ſpicis breviſſimis congeſtis. Hi* globuli *circa baſin emittunt novos radios globiferos, iterum ſimiliter dividendos, unde inflorescentia refert umbellam compoſitam umbellis baſi proliferis.*

45. SCIRPVS *capillaris.*

S. culmo nudo capillari, ſpicis pedunculatis ternis, intermedia ſeſſili. *Mant.* 321.

S. culmo teretiusculo ſeminudo, ſpicis capitatis ſeſſilibus, involucro diphyllo ſetaceo. *Flor. zeyl.* 39.

Cyperus culmo tereti ſpicas infra apicem ferente. *Hort. cliff.* 21.

Gramen puſillum, junci capitulis minimis, ad baſin foliolis binis acutis. *Burm. zeyl.* 108. *t.* 47. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 128. *t.* 88. *f.* 2.

Haarförmige Binſe. W.

Habitat in Zeylona.

Folia *capillaria, vix digiti longitudine.* Culmi *nudi, vix foliis longiores ſ. craſſiores.* Foliolum *ſetaceum ſub umbella, ſpicis longius.* Spicae *terminales, ovatae, tres, pedunculatae, intermedia ſeſſili: ſquamis ferrugineis carina viridi, obtuſis.*

*** *Culmo triquetro, panicula nuda.*

44. SCIRPVS *triſpicatus.*

S. culmo angulato nudo, ſpicis terminalibus ternis ſeſſilibus nudis. *Lin. ſuppl.* 103. *Thunb. prod.* 17.

Africaniſche Binſe.

Habitat ad Cap. b. ſpei. 4

Folia *vix ulla, niſi ſquamae ferrugineae radicales.* Culmi *plures pedales et bipedales angulati ſ. ſulcati nudi glaberrimi terminati ſpiculis tribus.* Spiculae *ſeſſiles oblongae parvae aequales erectae.* Involucrum *polyphyllum, foliis ſubulatis breviſſimis.*

*45. SCIRPVS *lateralis.*

S. culmis triquetris nudis, ſpicis ſubternis lateralibus, involucro monophyllo brevi. *Retz. obſ.* 4. *p.* 12.* *et* 5. *p.* 16.

Seitenblütige Binſe. W.

Habitat in Zeylona.

46. SCIRPVS *triqueter.*

S. culmo triquetro nudo, ſpicis ſubſeſſilibus pedunculatisque, mucronem aequantibus. *Mant.* 29.

Digitized by Google

Scirpus mucronatus. *Pollich. pal. n.* 48. *Scop. carn. n.* 60. *Hoffm. germ.* 18.

Scirpus (*triqueter*) culmo triquetro nudo, ſpiculis lateralibus ovatis obtuſis ſubſeſſilibus pedunculatisque, mucrone erecto. *Roth. germ. I. p.* 23. *II. p.* 59. *

Scirpo-Cyperus paluſtris, caule molli, panicula ſparſa minore, capitulis ſubrotundis plurimis ſimul junctis ſubfuscis. *Mich. gen.* 47.

Juncus acutus maritimus, caule triquetro molli, procerior. *Pluk. alm.* 200. *t.* 40. *f.* 2. *Rai. ſuppl.* 629.

β. Scirpus (*mucronatus*) culmo triangulo nudo, ſpiculis lateralibus oblongis conglomeratis ſeſſilibus, mucrone erecto. *Roth. germ. I. p.* 23. *II. p.* 60. *

Juncus acutus maritimus, caule triangulo. *Bauh. pin.* 11. *prod.* 22. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 232. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 20.

Juncus acutus maritimus, caule triquetro rigido et molli. *Pluk. alm.* 200. *t.* 40. *f.* 1. 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p* 132.

Dreykantige Binſe. W.

Habitat in Europa *auſtrali et* America *boreali.* 4 (v. ſ.) Culmus *triqueter angulis planis, nec excavatis.*

47. SCIRPVS *mucronatus.*

S. culmo triangulo nudo acuminato, ſpicis conglomeratis ſeſſilibus lateralibus. *Sp. plant.* 73.

Scirpus glomeratus. *Scop carn. n.* 63.

S. caule triquetro, panicula laterali ramoſa, locuſtis ovatis. *Hall. helu. n.* 1338.

Scirpo-Cyperus maritimus. *Mich. gen.* 47. *ord. c.* 2. 3.

Scirpo-Cyperus panicula glomerata e ſpicis imbricatis compoſita. *Scheuch. gram.* 404. *t.* 9. *f.* 14.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 135.

Zugeſpitzte Binſe. W.

Habitat in Angliae, Italiae, Helvetiae *ſtagnis.* 4 (v. ſ.) Culmi *triquetri, trianguli, tricarinati, angulis compreſſis.* Mucro *floribus multo longior, ad latus reflexus.*

Diſtinguitur facile a praecedente: ſtatura *majore,* culmo *craſſiore triquetro, lateribus excavatis,* ſpiculis *craſſioribus ovatis viginti et ultra in capitulum collectis, denique* mucrone *ſive culmi parte ſuperiore non erecta ſed horizontaliter flexa.* W.

48. SCIRPVS *dichotomus.*

S. culmo triquetro nudo, umbella decompoſita, ſpicis dichotomiae ſeſſilibus. *Flor. zeyl.* 40. * *Rottboell.*

Digitized by Google

gram. 57. *t.* 13. *f.* 1. * *Retz. obſ.* 4. *p.* 12. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 8.

Scirpus (*bisumbellatus*) culmo baſi vaginato, ſpicis pedunculatis terminalibus bisumbellatis. *Forſk. deſcript. p.* 15. *n.* 46.

Scirpus (*annuus*) culmo triquetro nudo involucro diphyllo, pedunculis nudis, ſpicis ſolitariis. *Allion. pedem. n.* 2371. *t.* 88. *f.* 5.

Cyperus maderaspatanus calamo compreſſo, ſpicis minoribus fuscis. *Scheuch. gram.* 395.

Gramen Cyperoides maderaspatanum, juncelli gesneri capitulis ſparſis. *Pluk. alm.* 179. *t.* 119. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 135.

Galbelförmige Binſe. W.

Habitat in India, Arabia, Italia. ⊙ (v. ſ.)

49. SCIRPVS *echinatus.*

S. culmo triquetro nudo, umbella ſimplici, ſpicis ovatis. *Fl. zeyl.* 38. *

Cyperus floribus capitatis erectis pedunculatis. *Gron. virg.* 12.

Culmus *craſſitie digiti intermedii.* Folia *involuta ſtricta.* Spica *ſesquipedalis, inferne craſſitie fere bimmciali, ſemper attenuata, imbricata ſpiculis numeroſis.* Spiculae *ſex; pollicares.* Calycis *valvulae ſubulatae, ſpiculis parum longiores glabrae carinatae, intus cavae.* Floſculi *diſtichi 7, terminalis ſterilis.* Valvula *exterior lanceolata, ſuperne ſtriata ad medium villoſa; interior linearis obtuſa, intus planiuſcula, extus cava.* Rachis *villoſa.* Vahl. l. c.

Digitized by Google

3. ELYMVS *ſibiricus.*

E. ſpica pendula arcta, ſpiculis binatis calyce longioribus. *Hort. upſ.* 22. * *Amoen. acad.* 3. *p.* 20. *Schreber. gram. t.* 21. *f.* 1.

Triticum radice perenni, ſpiculis binis longiſſime ariſtatis. *Gmel. ſibir.* 1. *p.* 123. *t.* 28.

β. Spiculis ternis. *Gmel. l. c.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 525.

Sibiriſches Haargras. W.

Habitat in Sibiria. 4 (v. v.)

4. ELYMVS *tener.*

E. ſpica pendula, floſculis geminis. *Lin. ſuppl.* 114.

Zartes Haargras. W.

Habitat in Sibiria.

Culmus *bipedalis laevis, geniculis rubris.* Folia *laeviuſcula ſ. parum ſcabra: vaginis laeviſſimis.* Spica *pendula E. ſibirico ſimilis, ſed multo tenuior.* Involucra *alterna tetraphylla, floſculis (praeter ariſtas) breviora ſubulata triflora.* Floſculi *gemini ſeſſiles, cum intermedio pedicellato.* Ariſtae *terminales, floſculis fere longiores, ſaepe flexuoſae.*

5. ELYMVS *philadelphicus.*

E. ſpica pendula patula, ſpiculis ſexfloris: inferioribus ternatis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 266. *

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 528.

Philadelphiſches Haargras. W.

Habitat in Philadelphia. 4 (v. v.)

6. ELYMVS *canadenſis.*

E. ſpica nutante patula, ſpiculis inferioribus ternatis; ſuperioribus binatis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 20.

Gramen ſecalinum majus altiſſimum virginianum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 118. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 2. *Raj. ſuppl.* 599.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 528.

Canadiſches Haargras. W.

Habitat in Canada. *Kalm.* 4 (v. v.)

Convenit in plurimis cum E. ſibirico, *a quo tamen differt* 1. *Spiculis villoſis, nec nudis.* 2. involucris *in ariſtam exeuntibus longioribus ipſa ſpicula, demtis ariſtis, at in Sibirica involucrum minus ſubulatum, ſed fere lanceolatum in ariſtam deſinens, quae longe brevior ſua ſpicula.* 3. Spicae *inferne ternae, quum Sibirica ſemper duas obtineat.* 4. Spiculae, *dum florent, dehiſcunt a ſcapo patulo; in Sibirica vero ſpi-*

Digitized by Google

culae approximatae ſunt ſcapo. Ad ſinguli floſculi baſin, a latere interiore ſpicularum, eſt punctum ſ. macula rufo fuſca. Folia hujus rore coeruleſcente, praeſertim ſubtus obducta, quod non in ſibirico. Ariſtae *corollinae cum matureſcit fructus, patenti reflexae ſunt, contra ac in ſibirico.*

7. ELYMVS *caninus*,

E. ſpica nutante arcta, ſpiculis rectis involucro deſtitutis: infimis geminis. *Fl. ſuec. 2. p. 112. Pollich. pal. n. 151. Leers herb. n. 96. t. 12. f. 4. Hoffm. germ. 42. Roth. germ. I. 51. II. 151.*

Triticum calycibus ſubulatis quadrifloris ariſtatis. *Sp. pl. 1. p. 86.*

Triticum. *Hall. n. 142 β. var. β.*

Triticum radice perenni, ſpiculis ſolitariis longiſſime ariſtatis. *Gmel. ſib. 1. p. 122. t. 27.*

Triticum (*caninum*) radice perenni, ſpica ſubnutante, ſpiculis erectis: ariſtis longiſſimis. *Schreber. ſpicil. p. 51.*

Gramen ſpica triticea compacta, ariſtis longioribus. *Scheuch. gram. p. 10.* ?

Gramen caninum non repens elatius, ſpica ariſtata. *Moriſ. hiſt. 3. p. 177. ſ. 8. t. 1. f. 2. Buxb. cent. 4. p. 29. t. 50.*

Gramen loliaceum, fibroſa radice, ariſtis donatum. *Vaill. pariſ. 82.*

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. p. 529.

Queckenartiges Haargras. W.

Habitat in Europa. 2 (v. v.)

Spiculas *nunquam geminas vidit Schreber.* Radix *non repens.* R.

8. ELYMVS *virginicus.*

E. ſpica erecta, ſpiculis trifloris, involucro ſtriato. *Sp pl. 123.*

E. ſpica erecta, ſpiculis binatis involucro longioribus. *Hort. upſ. 22.*

Hordeum floſculis omnibus hermaphroditis, involucris floſculos craſſitie et longitudine ſuperantibus. *Gron virg. 13.*

Houttuyn. Lin. Pfl. Syſt. 12. p. 531.

Virginiſches Haargras. W.

Habitat in Virginia. 2 (v. v.)

Digitized by Google

*9. ELYMVS *ſtriatus.*

E. ſpica erecta, ſpiculis biſloris pubeſcentibus, involucro ſtriato brevioribus. W.

Geſtreifres Haargras. W.

Habitat in America *boreali.* (v. ſ.)

Similis ſequenti, tamen involucrorum longitudine ſatis diſtinctus, a praecedenti differt: foliis *anguſtioribus*, ſpica *breviore et tenuiore*, involucris *anguſtioribus elevato-ſtriatis.* W.

10. ELYMVS *europaeus.*

E. ſpica erecta: ſpiculis biſloris, involucro aequalibus. *Mant.* 35. *Hoffm. germ.* 42. *Roth. germ. I.* 52. *II.* 152.

Hordeum ſpicis rigidis cylindricis, calycinis glumis ariſtatis. *Hall. helv. n.* 1537. R.

Hordeum cylindricum. *Murr. prodr. p.* 43. *Reich. moenofr. n.* 78.

Gramen hordeaceum montanum, ſpica ſtrigoſiore, brevius ariſtata. *Scheuch. gram.* 16. *prodr. t.* 1. *f.* 1. *Hall. app.* 1. *ad Scheuch. agroſt. t.* 1.

Gramen hordeaceum montanum ſ. majus. *Bauh. pin.* 9. *theatr.* 135. *Raj. angl.* 3. *p.* 393. *hiſt.* 1258.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 531.

Wald Haargras. W.

Habitat in Germaniae, Helvetiae *ſylvis.* 4 (v. v.)

Simillimum Elymo virginico, *huic* involucri *folia non ſtriata, ut illi.* Floſculi *involucro ſunt cum ariſta longiores.* Floſculi *ſunt huic* 2, *illi* 3. H. V.

11. ELYMVS *Caput meduſae.*

E. ſpiculis biſloris, involucris ſetaceis patentiſſimis. *Sp. pl.* 123. *Schreb. gram. t.* 24. *f.* 2.

E. involucris reflexo-patentibus. *Amoen. acad.* 3. *p.* 21.

Avena luſitanica ſpicata, caput meduſae referens. *Morif. hiſt.* 3. *p.* 210. *Raj. ſuppl.* 611.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 532.

Borſtiges Haargras. W.

Habitat in Luſitaniae, Hiſpaniae *maritimis.*

Culmus *anguſtus*, *pedalis.* Spica *oblonga.* Involucra *partialia tetraphylla, patentiſſima ſ. reflexa, ſetacea, longitudine floſculorum cum eorum ariſtis.* Spiculae *geminae, biflorae: floſculo utroque ariſtato, ſed interiore omnibus partibus minore.*

Digitized by Google

12. ELYMVS *Hyſtrix.*

E. ſpica erecta, ſpiculis involucro deſtitutis patentibus. *Sp. pl.* 124.

Gramen avenaceum locuſtis ariſtatis, paniculis echinum referentibus. *Gron.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 534.

Struppiges Haargras. W.

Habitat in Oriente. ⊙ (v. v.) *America boreali.*

Spica *compoſita ex ſpiculis duabus ad ſingulam dentem racheos.* Spiculae *quadriflorae ariſtis longis.* Involucra *nulla, ſed horum loco calli duo.*

150. SECALE.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 127.

Cal. cppoſitus, 2-valvis, 2-florus, ſolitarius.

1. SECALE *cereale.*

S. glumarum ciliis ſcabris. *Hort. upſ.* 22. *Hall. helv. n.* 1421.

S. glumis floralibus glabris, ora denticulata. *Hall. in comm. nov. Goett. VI. p.* 12.

S. (*hybernum*) hybernum vel majus. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 425. *Blackw. t.* 424.

S. (*vernum*) vernum vel minus. *Bauh. pin.* 23.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 535.

Gemeiner Roggen. W.

Habitat in Creta. ⊙. ♂. (v. v.)

Datur varietas *ſpicis ramoſis. Hall.*

2. SECALE *villoſum.*

S. glumarum ciliis villoſis, ſquamis calycinis cuneiformibus. *Sp. pl.* 124.

Gramen ſpicatum ſecalinum, glumis villoſis in ariſtas longiſſimas deſinentibus. *Tournef. inſt.* 518.

Gramen ſecalinum maximum. *Parck. theatr.* 1144.

β. Gramen creticum ſpicatum ſecalinum, glumis ciliaribus. *Tournef. cor.* 39. *Buxb. cent.* 5. *p.* 21. *t.* 41.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 541.

Haariger Roggen. W.

Habitat in Europa *auſtrali, et in Oriente.* ⊙ (v. v.)

3. SECALE *orientale.*

S. glumis hirſutis, ſquamis calycinis ſubulatis. *Sp. pl.* 124

Gramen orientale ſecalinum, ſpica brevi et lata. *Tournef. cor.* 39.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 541.
Orientaliſcher Roggen. W.
Habitat ad Archipelagum. (v. ſ.)

4. SECALE *creticum.*
S. glumis extrorſum ciliatis. *Sp. pl.* 125.
Gramen creticum ſpicatum ſecalinum altiſſimum, tuberoſa radice. *Tournef. cor.* 39. *Scheuch. gram.* 22.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 542.
Cretiſcher Roggen. W.
Habitat in Creta. (v. ſ.)

151. HORDEVM.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 129.

Cal. lateralis, bivalvis, uniflorus, ternus.

1. HORDEVM *vulgare.*
H. floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis: ordinibus duobus erectioribus. *Mill. dict.* 1.
H. floſculis omnibus hermaphroditis, ſeminibus corticatis *Hort. upſ.* 22. *Mat. med.* 47. *Hort. cliff.* 24. *Roy. lugdb.* 69. *Ic. Blackw. t.* 423.
H. ſpica ſubdiſticha, calyce folioſo ſetaceo, floribus omnibus hermaphroditis, longe ariſtatis. *Hall. helv. n.* 1533.
H. (*polyſtichon*) floſculis omnibus fertilibus, ordinibus indiſtinctis. *Hall. in nov. comment. Goett. VI. p.* 5. *t.* 2.
Hord. polyſtichum vernum. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 459. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 3.
Hordeum. *Lobel. ic. p.* 28.
β. Hordeum. *coeleſte.*
H. floſculis omnibus hermaphroditis, ſeminibus decorticatis. *Hort. upſ.* 23. *Viborg. cereal.* 32. *t.* 1.
H. nudum gymnocriton. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 430.
Zeocriton vel Tritico-Speltum. *Bauh. theatr.* 423.
γ. Seminibus nigris. W.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 542.
Gemeine Gerſte. W.
Habitat circa Marzameni *Siciliae, gen. Riedeſel; circa* Samaram *Ruſſiae.* ☉ *Variat.* γ. ♂ (v. v.)

Digitized by Google

2. HORDEVM *hexaſtichon.*

H. floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis, ſeminibus ſexfariam poſitis. *Hort. upſ.* 23. *Mill. dict. n.* 6. *Viborg. cereal.* 30. *t.* 2.

H. ſpica polyſticha, floribus omnibus hermaphroditis, longe ariſtatis. *Hall. helv. n.* 1534.

H. floribus omnibus fertilibus; ſpica ſexfariam ſulcata. *Hall. in nov. comm. goett. VI. p.* 3. R.

H. hexaſtichon pulchrum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 129. *Hall. in comm. goetting.* R.

H. polyſtichum vernum. *Bauh. theatr. p.* 439. *Hall. in comm. Goett.* R.

H. polyſtichum hibernum. *Bauh. theatr.* 439. R. *Houttuyn Lin. Pſl. Syſt.* 12. *p.* 544.

Sechszeilige Gerſte. W.

Habitat - - - - ⊙ (v. v)

3. HORDEVM *diſtichon.*

H. floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus imbricatis. *Mat. med. p.* 47. *Hort. upſ.* 23. *Hall. helv. n.* 1535. *Mill. dict. n.* 3. *Viborg. cereal.* 35. *t.* 3.

H. *aeſtivum*, ſpicis explanatis, floſculorum duobus ordinibus fertilibus, intermediis quaternis ſterilibus. *Hall. nov. comm. Goett. tom.* 6. *p.* 6. *t.* 3. *cum ſequenti conjungit.* R.

H. diſtichon. *Bauh. pin.* 22. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 1. *Lob. ic.* 29. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 429.

Hordeum *nudum.*

H. floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus imbricatis decorticatis.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 545.

Zweyzeilige Gerſte. W.

Habitat ad Samaram Tartariae *fluvium.* ⊙ (v. v.)

4. HORDEVM *Zeocriton.*

H. floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus patentibus corticatis. *Hort. upſ.* 23. *n.* 5. *Schreb. gram.* 125. *t.* 17. *Mill. dict. n.* 2. *Viborg. cereal.* 40. *t.* 4.

H. diſtichum, ſpica lata compreſſa breviore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 206.

Digitized by Google

H. distichum spica breviore et latiore, granis confertis. *Raj. hist.* 1245.

H. dictum Oryza germanica. *Bauh. hist.* 2. *p.* 429. *cum ic. bona.*

Zeocriton s. Oryza germanica. *Bauh. pin.* 22. *theatr.* 1121.

Houttuyn. Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 526.

Bart Gerste. W.

Habitat - - - ⊙ (v. v.)

5. HORDEVM *bulbosum.*

H. flosculis omnibus fertilibus ternis aristatis, involucris setaceis basi ciliatis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 304. *

Gramen secalinum bulbosa radice. *Barr. ic.* 112. *f.* 2. *Scheuch. gram.* 19.

Gramen bulbosum ex aleppo. *Bauh. pin.* 2. *prodr.* 4. *theatr.* 21.

Gramen secalinum chalepense, radice tuberosa. *Morif. hist.* 3. *p.* 179. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 7.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 551.

Knollige Gerste. W.

Habitat in Italia, Oriente. 4

6. HORDEVM *nodosum.*

H. flosculis lateralibus masculis muticis, involucellis setaceis laevibus. *Sp. pl.* 126.

Gramen myosuroides nodosum. *Raj. angl.* 3. *p.* 397. *t.* 20. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 551.

Knotige Gerste. W.

Habitat in India, Anglia.

Radix *bulbosa*, *copiosa*. Flosculi *laterales mutici: intermedio aristato.* Involucella *sunt vere aristata, aristis purpurascentibus, flosculo suo longioribus.*

7. HORDEVM *murinum.*

H. flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris intermediis ciliatis. *Hort. cliff.* 24. *Fl. suec.* 107. 113. *Roy. lugdb.* 69. *Pollich. pal. n.* 132. *Oed. dan. t.* 629. *Hoffm. germ.* 42. *Roth. germ. I.* 51. *II.* 149.

H. spica crassa longe aristata, calycinis glumis aristatis. *Hall. helv. n.* 1536.

Gramen hordeaceum minus et vulgare. *Bauh. pin.* 9. *theatr.* 134. *Scheuch. gram.* 14.

Digitized by Google

Gramen ſecalinum vulgatiſſimum viarum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 179. *t.* 6. *f.* 4.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 552.
Mäuſe Gerſte. W.
Habitat in Europae *locis ruderatis.* ⊙ (v. v.)

*8. HORDEVM *ſecalinum.*
H. floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, involucris ſetaceis ſcabris. – *Schreb. ſpicil.* 148. *Hoffm. germ.* 42. *Roth. germ. I.* 51. *II.* 150.
Hordeum (*pratenſe*) floſculis omnibus ariſtatis, lateralibus maſculis, involucellis omnibus ſcabridis. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 119. *Hudſ. angl.* 56.
Hordeum murinum. *Sp. pl.* 126.
H. ſpicis diſtichis, folliculo brevi, glumis calycinis ariſtatis. *Hall. hiſt. n.* 1538.
Hordeum (*capenſe*) floſculis lateralibus maſculis, involucris ſcabris. *Thunb. prod.* 23?
Gramen ſpicatum ſecalinum minus. *Tournef. inſt.* 518. *Scheuch. gram.* 17. *n.* 3. *Vaill. pariſ.* 83. *t.* 17. *f.* 6.
Gramen ſecalinum minus pratenſe. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 179. *f.* 8. *t.* 2. *f.* 6.
Roggenartige Gerſte. W.
Habitat in Europae pratis. ⊙ (v. v.)

*9. HORDEVM *maritimum.*
H. floſculis lateralibus maſculis ariſtatis dorſo hirſutis, involucris ſcabris. *Roth. germ. I.* 51. *II.* 150. *Hoffm. germ.* 42.
Hordeum (*maritimum*) floſculis omnibus ariſtatis, lateralibus maſculis, involucellis ſcabris, interioribus maſculorum ſemilanceolatis. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 25.
Hordeum (*marinum*) floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, involucro interno florum lateralium ſemiovato. *Hudſ. angl.* 57.
Hordeum murinum. *Forſk. cat. conſtant.* 19. *n.* 52.
Hordeum (*geniculatum*) caule decumbente foliis obtecto ſummo ſpathaceo ſpicae ſubjecto, ſupremo nodo incurvato. *All. pedem. n.* 2274. *t.* 91. *f.* 3.
Gramen ſecalinum maritimum minus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 179. *f.* 8. *t.* 6. *f.* 5.
Gramen ſpicatum ſecalinum maritimum minus. *Scheuch. gram.* 18.

Digitized by Google

Meerſtrands Gerſte. W.

Habitat in maritimis Germaniae, Angliae, Italiae, Graeciae *et* Barbariae. 4 (v. f.)

Differt ab H. ſecalino, *cum quo facile confundi poteſt*; radice *perenni*; ſpica *longiore hexaſticha, ſaepius purpuraſcente*; floſculis *lateralibus lanceolatis, ſaepe abortivis, dorſo villoſis, intermedio glabro.* Roth. l. c.

10. HORDEVM *jubatum.*

H. ariſtis involucrisque ſetaceis longiſſimis. *Sp. pl.* 126.

Elymus (*crinitus*) ſpiculis unifloris ſcabris, involucris erectis. *Schreb. gram.* 15. *t.* 24. *f.* 3.

Gramen hordeaceum, ſpica ariſtis longiſſimis circumvallata. *Scheuch. gram.* 20. *Buxb. cent.* 1. *p.* 33. *t.* 52. *f.* 1.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 555.

Bart Gerſte. W.

Habitat Smyrnae. ⊙ (v. v.)

Habitus Hordei murini, *ſed* involucra *et* ariſtae *ſetaceae quadruplo longiores, quam tota ſpica; unde ſingularis facies Graminis.*

152. TRITICVM.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 130.

Cal. bivalvis, ſolitarius, ſubtriflorus. *Flos* obtuſiuſculus obtuſus.

* *Annua.*

1. TRITICVM *aeſtivum.*

T. calycibus quadrifloris ventricoſis glabris imbricatis ariſtatis. *Hort. upſ.* 21. *Mill. dict. n.* 1.

T. locuſtis imbricatis, quadrifloris, glabris, ariſtatis. *Hall. helv. n.* 1422. *β.*

T. locuſtis quadrifloris, baſi ſubhirſutis, glumis exterioribus floralibus ariſtatis. *Hall. in comm. nov. Goett. Tom.* 5. *p.* 5. *t.* 1. *f.* 1. R.

T. radice annua, ſpica glabra ariſtata. *Hort. cliff.* 24. *Roy. lugdb.* 170.

Digitized by Google

T. aristatum. *Blakw. t.* 40. *f.* 4. 5.
T. aestivum. *Bauh. pin.* 21.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 557.
Sommer Weizen. W.
Habitat apud Baschiros *in campis. Heintzelmann.* ☉ (v. v.)

2. TRITICVM *hybernum.*

T. calycibus quadrifloris ventricosis laevibus imbricatis submuticis. *Hort. upsf.* 21. *Mat. med. p.* 47. *Mill. dict. n.* 1.
T. radice annua, spica mutica. *Hort. cliff.* 24. *Roy. lugdb.* 70.
T. locustis imbricatis, quadrifloris, glabris, muticis. *Hall. helv. n.* 1422. *prioris varietas.*
T. locustis quadrifloris glabris, basi subhirsutis, glumis submuticis. *Hall. in nov. comm. Goett. tom.* 5. *p.* 7. *t.* 1. *f.* 2.
Triticum. *Blackw. t.* 40. *f.* 1. 2. 3.
T. hybernum aristis carens. *Bauh. pin.* 21.
T. rufum grano maximo. *Rai. Bauh. theatr.* 358.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 558.
Winter Weizen. W.
Habitat - - - - ♂ (v. v.)

3. TRITICVM *compositum.*

T. spica composita, spiculis confertis aristatis. *Lin. suppl.* 115.
T. calycibus quadrifloris ventricosis, spica composita. *Syst. veg. p.* 108.
T. spica basi ramosa. *Hall. helv. n.* 1422.
T. spica multiplici. *Bauh. pin.* 21. *Morif. hist.* 3. *p.* 175. *f.* 8. *t.* 1. *f.* 7.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 572.
Vielkörniger Weizen. W.
Habitat in Aegypto. ☉ (v. v.)

Seritur Neapoli. Affine T. aestivo, *sed spica palmaris quadruplo major, congesta ex spiculis bifariis, alternis approximatis* 9 *ad* 12, *inferioribus brevioribus, summa vero solitaria.* Glumae *glabrae carinatae.* Aristae *longae palmares.*

Digitized by Google

4. TRITICVM *turgidum.*

T. calycibus quadrifloris ventricosis villosis imbricatis obtusis. *Syst. Veg.* 108.

T. calycibus quadrifloris ventricosis villosis imbricatis subaristatis. *Hort. upsf.* 21. *Mill. dict. n.* 2.

T. locustis quadrifloris, hirsutis, basi pilosis. *Hall. in nov. comm. Goett. tom.* 5. *p.* 12. *t.* 1. Trit. *aestivi varietas.*

T. aristatum, spica maxima cineritia, glumis hirsutis nostras. *Raj.* 1932. *Hall.* R.

T. radice annua, glumis villosis. *Hort. cliff.* 24. *Roy. lugdb.* 70.

T. spica villosa quadrata breviore et turgidiore. *Morif. hist.* 3. *p.* 176. *f.* 8. *t.* 1. *f.* 14.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 574.

Englischer Weizen. W.

Habitat - - - - ♂ (v. v.)

Variat *calycibus aristatis et muticis.* *Hall.* R.

5. TRITICVM *polonicum.*

T. calycibus bifloris nudis, flosculis longissime aristatis, racheos dentibus barbatis. *Mill. dict.* 5.

T. levissimum, locustis trifloris, floribus calycem excedentibus, compressis, longissime aristatis. *Hall. in nov. comm. Goett. tom.* 5. *p.* 17. *t.* 1. *f.* 16.

T. polonicum. *Pluk. phyt.* 231. *f.* 6.

T. majus, longiore grano, glumis foliaceis, polonicum. *Morif. hist.* 3. *p.* 3. 175. *f.* 8. *t.* 1. *f.* 8.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 12. *p.* 575.

Polnischer Weizen. W.

Habitat - - - - ⊙ (v. v.)

Simile praecedentibus, sed spica maior, cinerea; Glumae duplo longiores, biflorae tantum arista utriusque flosculi longissima.

Locusta *triflora; flosculo unico sterili; aut* Locusta 4-*flora; binis sterilibus.* *Hall. l. c.* R.

6. TRITICVM *Spelta.*

T. calycibus quadrifloris truncatis, flosculis aristatis hermaphroditis: intermedio neutro. *Hort. upsf.* 21. *Kniph. orig. cent.* 2. *n.* 97.

T. floribus quaternis, duobus secundis, glumis adhaerentibus. *Hall. helv. n.* 1424.

Digitized by Google

T. locuſtis trifloris, calycibus truncatis, mucronatis, calycibus cartilagineis ſemen continentibus. *Hall. in comm. nov. Goett. tom. 5. p. 17.* R.

Hordeum floſculis lateralibus maſculis muticis involucro deſtitutis. *Sauv. monſp. 39.*

Zea dicoccus vel Spelta major. *Bauh. pin. 22. theatr. 412. t. 414. Moriſ. hiſt. 3. ſ. 8. t. 6. f. 1.*

Zea amylacea. *Moriſ. hiſt. 3. ſ. 8. t. 6. f. 3.*

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. p. 576.

Dünckel Weizen. W.

Habitat - - - - ♂ (v. v.)

7. TRITICVM *monococcum.*

T. calycibus ſubtrifloris: primo ariſtato; intermedio ſterili. *Sp. pl. 127. Hoffm. germ. 43. Roth. germ. I. 50. II. 147.*

T. ſpica diſticha, floribus ternis, fertili unico, glumis tridentatis, florali ariſtato. *Hall. helv. n. 1425.*

T. ſpica diſticha, locuſtae floribus ternis, binis ariſtatis. *Hall. in nov. comm. goett. tom. 5. p. 18. t. 1. f. 17.* R.

T. involucris unifloris, floribus ariſtatis, ſpica diſticha. *Sauv. monſ. 39.* †

Hordeum diſtichum ſpica nitida I. Briza nuncupatum. *Tournef. inſt. 513.*

Zea Briza dicta ſ. monococcos germanica. *Bauh. pin. 21. Moriſ. hiſt. 3. ſ. 8. t. 6. f. 2.*

Briza monococcos dodonaei. *Lob. ic. 31.*

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. p. 580.

Einkörniger Weizen. W.

Habitat - - - - ⊙ (v. v.)

8. TRITICVM *hiſpanicum.*

T. (*maritimum*) calycibus ſexfloris, floſculis ſecundis apice ariſtatis. *Mant. 325.*

Feſtuca (*maritima*) ſpica lineari ſecunda recta, floribus adpreſſis ſubariſtatis. *Spec. pl. 2. p. 110.*

Spaniſcher Weizen.

Habitat in Hiſpania. ⊙ *Loefl. it. 44.*

Gramen *vix ſpithamaeum.* Flores *ſpicati, ſecundi: ariſtis capillaribus.* Spiculae *ſexflorae.* Folia *ſubulata; vaginis ſtriatis.*

Ne Triticum *nomine triviali* maritimum *bis occurrat, hocce* hiſpanicum *dixi.* R.

Digitized by Google

9. TRITICVM *proſtratum.*

T. ſpica ovata compreſſa bifaria, glumis calycinis corollinisque glabris, ariſtis floſculo brevioribus. *Aiton. Kew.* 1. *p.* 121.

Triticum (*proſtratum*) calycibus multifloris, ſpica diſticha ovata, floſculis imbricatis ariſtato-mucronatis. *Lin. ſuppl.* 114.

Secale proſtratum. *Pall. it.* 1. *p.* 485. *Jacq. hort.* 3. *p.* 25. *t.* 44.

Agropyron triticeum. *Gaert. Nov. Comm. petrop.* XIV. *pars* 1. *p.* 540. *t.* 19. *f.* 4.

Liegender Weizen. W.

Habitat in deſertis Caſpicis, *ſolo aridiſſimo.* ☉ (v. f.)

Matura ſpica integra cadit et germinat, tot culmis quot ſpiculae. Ipſa ſpica vicem radicis agit. Spiculae *multiflorae.*

10. TRITICVM *pumilum.*

T. ſpica ovata, glumis ſubariſtatis, calycinis biſulcatis. *Lin ſuppl.* 115.

Niedriger Weizen. W.

Habitat in Sibiria.

Species parva, digiti longitudine, vagina ſuprema ventricoſa. Spica *dura compreſſa ſubariſtata.*

** *Perennia.*

11. TRITICVM *junceum.*

T. calycibus quinquefloris truncatis, foliis involutis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 266. *Hoffm. germ.* 43.

T. radice repente, culmo duro, foliis hirſutis, locuſtis quinquefloris. *Hall. helv. n.* 1428. R.

T. radice perenni, ſpiculis ſolitariis, glumis calycum obtuſis. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 118. *n.* 54. R.

Gramen tritici ſpica muticae ſimili. *Bauh. pin.* 9. *prodr.* 18. *t.* 17. *theatr.* 132. *Scheuch. gram.* 7. *Vaill. pariſ.* 81. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 178. *f.* 8. *t.* 1. *f.* 5.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 582.

Schlanker Weizen. W.

Habitat in Europa *auſtrali,* Oriente. 24 (v. f.)

Gramen *glaberrimum, vaginis foliorum tomentoſis.* Folia *anguſtiſſima, ſupra glauca.* Spiculae *culmo adpreſſae, calycibus corollisque ariſtatis aut muticis.*

Digitized by Google

*12. TRITICVM *distichum.*

T. calycibus quadrifloris glabris muticis, floribus distichis, foliis filiformibus. *Thunb. prod.* 23.

Fächerförmiger Weizen. W.

Habitat ad Cap. b. Spei.

13. TRITICVM *repens.*

T. calycibus quadrifloris subulatis acuminatis, foliis planis. *Pollich. pal. n.* 133. *Leers. herb.* 95. *t.* 12. *f.* 3. *Roth. germ. I.* 50. *II.* 148. *Blackw. t.* 537. *Hoffm. germ.* 43. *t. II. f. I.*

T. radice repente, foliis viridibus. *Fl. lapp.* 33. *Fl. suec.* 105. 114. *Hort. cliff.* 24. *Mat. med.* 48. *Roy. lugdb.* 70.

T. radice perenni, spiculis solitariis, brevius aristatis, glumis calycis acutissimis. *Gmel. sib.* 1. *p.* 118. *n.* 53.

T. glumis mucronatis aristatisque: aristis spicula brevioribus. *Schreb. gram. t.* 26.

T. radicibus repentibus vaginosis, foliis hirsutis, locustis quinquefloris. *Hall. helv. n.* 1426.

Gramen caninum repens vulgatius. *Morif. hist.* 3. *p.* 178. *f.* 8 *t.* 1. *f.* 8.

Gramen caninum arvense s. Gramen dioscoridis. *Bauh. pin.* 1. *Scheuch. gram.* 5.

Gr. loliaceum radice repente s. gramen officinarum. *Monti p.* 41. *ic.* 25. R.

β. Gramen loliaceum radice repente, s. gramen officinarum aristis donatum. *Vaill. paris.* 81. *t.* 17. *f.* 2. R.

Houttuyn Lin. Syst. 12. *p.* 582.

Quecken Weizen. W.

Habitat in Europae *cultis.* 24 (v. v.)

14. TRITICVM *maritimum.*

T. calycibus multifloris, floscults mucronatis, spica ramosa. *Sp. pl.* 128. *Vahl. symbol.* 2. *p.* 26.

Poa panicula ramosa, floribus alternis sessilibus. *Roy. lugdb.* 274.

Festuca (*lanceolata*) panicula aequali; caule decumbente, spiculis septemfloris muticis lanceolatis. *Forsk. descr.* 22.

Feſtuca (*dichotoma*) panicula dichotoma, ſpiculis ſeſſilibus patentiſſimis linearibus trifloris muticis. *Forſk. deſcr.* 22.

Feſtuca panicula coarctata ſecunda, ſpiculis rigidis, pedicellis acutangulis. *Ger. prov.* 94.

Gramen pumilum loliaceo ſimile. *Raj. angl.* 3. *p.* 395.

Gramen maritimum, paniculis aſperis loliaceis. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 135. *t.* 95.

Gramen caninum maritimum paniculatum. *Raj. hiſt.* 1286.

Gramen loliaceum, panicula ramoſa, maritimum. *Bauh. theatr.* 130. *Scheuch. gram.* 274.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 594.

Meerſtrands Weizen. W.

Habitat in Galliae et Angliae *maritimis.*

Culmus *ſpithamaeus, ſubramoſus.* Folia *longitudine culmi vaginis purpuraſcentibus.* Spica *ramoſa, fere paniculata ramis angulatis.* Spiculae 8-*ſ.* 10-*florae, alternae, compreſſae, baſi craſſiuſculae, ſeſſiles, ut etiam ſolitariae in ramificationibus.*

15. TRITICVM *tenellum.*

T. calycibus ſubquadrifloris, floſculis muticis, acutis, foliis ſetaceis. *Sp. pl.* 127.

T. radice fibroſa, foliis anguſtiſſimis, locuſtis muticis ovatis obeſis. *Hall. helv. n.* 1430. R.

Feſtuca ſpica ſecunda recta, ſpiculis compreſſis ſubariſtatis. *Ger. prov.* 96.

Gramen loliaceum minus, ſpica ſimplici. *Bauh. pin.* 8. *prodr.* 11.

Gramen loliaceum, foliis et ſpicis tenuiſſimis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 182. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 594.

Zarter Weizen. W.

Habitat Monſpelii? *Sauvage; in* Helvetia. *Haller.* ⊙ (v. ſ.)

Digitized by Google

Culmus *ſpithamaeus, tener, filiformis.* Folia *ſetacea, involuta.* Flores *omnino ſpicati.* Spica *floribus 4 ſ. 7 alternis.*

*16. TRITICVM *unioloides.*

T. ſpiculis lineari-lanceolatis carinatis diſtichis. *Ait. Kew.* 1. *p.* 122. *Vahl. ſymbol.* 2. *p.* 26.

Poa (*ficula*) ſpica diſticha compreſſa, ſpiculis lanceolato-oblongis ſeſſilibus. *Jacq. ic. rar.* 2. *t.* 303.

Briza (*cynoſuroides*) ſpiculis lanceolatis multifloris, culmo erecto ſimplici, albo ſtriato. *Scop. del. fl. et faun. inſub.* 2. *p.* 21. *t.* 11.

Cynoſurus ſiculus. *Jacq. obſ.* 2. *p.* 22. *t.* 43. *

Gramen paniculis elegantiſſimis denſis, ſiculum. *Tournef. inſt.* 522.

Gramen filiceum paniculis integris. *Bocc. ſic.* 62. *t.* 33. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 204. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 53.

Spitzgrasartiger Weizen W.

Habitat in maritimis Italiae, Siciliae, Barbariae. 4 (v. v.)

*17. TRITICVM *loliaceum.*

T. calyce multifloro, ſpica ſimplici compreſſa, ſpiculis ovatis unilateralibus. *Smith. bot angl.* 4. *t.* 221.

Poa (*loliacea*) ſpicata, ſpiculis ſecundis erectis ſeſſilibus. *Hudſ. angl.* 43.

Gramen exile duriuſculum maritimum, foliolis circumvolutis, veluti junceis brevibus. *Pluk. phytog.* 32. *f.* 7.

Gramen maritimum, panicula loliacea. *Bauh. pin.* 8. *prod.* 19. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 6.

Lolchartiger Weizen. W.

Habitat in Anglia. ⊙ (v. ſ.)

Opus Clariſſ. Smith Engliſh Botany nondum vidi. W.

18. TRITICVM *unilaterale.*

T. calycibus unilateralibus alternis muticis. *Mant.* 35.

Gramen minimum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 469.

Digitized by Google

2 Gramen puſillum unciale, panicula foliacea. *Bocc. muſ.* 2. *t.* 57.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 595.
Einſeitiger Weizen. W.
Habitat in maritimis Italiae, Galliae *auſtralis.*
Flores *facie Poae*, *in ſpica unilaterali.*

* 153. LAPPAGO.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 131.

Cal. ſubtrivalvis. *Cor.* 2-valvis reſupinata!

1. LAPPAGO *racemoſa.*

Cenchrus (*racemoſus*) panicula ſpicata, glumis muricatis ſetis ciliaribus. *Sp. pl.* 1487. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 188. *Dalib. pariſ.* 305. *Gouan. monſp.* 514. *Vahl. ſymbol.* 1. *p.* 81. *Schreb. gram.* 45. *t.* 4.
Phalaris (*muricata*) ſpica cylindrica, floribus geminatis, calyce fructifero aculeato-muricato. *Forſk. deſcript.* 202. *
Agroſtis panicula ſpicata, glumis echinatis. *Ger. prov.* 83.
Tragus. *Hall. helv. n.* 1413.
Gramen caninum maritimum aſperum. *Bauh. prod.* 2. *t.* 2.
Gramen caninum maritimum, ſpica echinata. *Bauh. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 76.
Gramen caninum maritimum ſpicatum, echinatis glumis. *Barr. ic.* 718.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 787.
Traubenblütiges Stachelgras. W.
Habitat in Europae *auſtralioris maritimis inque* Arabia *et* India. ⊙ (v. v.)

Spicula *ovata compreſſa tri- ſ. quadriflora: floſculis omnibus valvula calycina exceptis, hermaphroditis; accedit aliquando floſculus quintus, ſimiliter calyculatus, ſed imperfectus. Singulare eſt, quod quilibet* floſculus *ſuam habet glumam calycinam, et quod* corollae *valvula exterior introrſum ſ. rachin ſpiculae, interior autem extrorſum ſpectat; unde corolla inverſa ſ. reſupinata.* Schreb. gen. pl. l. c.

Digitized by Google

TRIGYNIA.

154. ERIOCAVLON.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 132.

Cal. communis, capitulum imbricatum. *Petala* 3, aequalia. *Stamina* ſupra germen.

1. ERIOCAVLON *triangulare.*

E. culmo triangulari, foliis enſiformibus, capitulo ovato. *Sp. pl.* 128.

Plantaginella aurea alopecuroides braſiliana, foliis gramineis. *Breyn. cent. t.* 50. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 259. *ſ.* 8. *t.* 16. *f.* 17.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 596.

Dreykantiger Eckhalm. W.

Habitat in Braſilia.

Floſculos non potui perſpicere in Herbario Piſonis apud Burmannum.

2. ERIOCAVLON *quinquangulare.*

E. culmo quinquangulari, foliis enſiformibus, calyce univerſali pentaphyllo. *Fl. zeyl.* 48. *

Scabioſa graminea nudicaulis, capitulis argenteis ſ. Statice minima maderaſpatana. *Pluk. Alm.* 366. *t.* 221. *f.* 7.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 597.

Fünfkantiger Eckhalm. W.

Habitat in India. 4 (v. ſ.)

3. ERIOCAVLON *ſexangulare.*

E. culmo ſexangulari, foliis enſiformibus. *Fl. zeyl.* 49. *Burm. ind. t.* 9. *f.* 4.

Gramen junceum Indiae orientalis minus, capitulo rotundo ex paleaceis ſpiculis in cacumine caulis glomerato. *Pluk. mant.* 48.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 12. *p.* 597.

Sechskantiger Eckhalm. W.

Habitat in India. 4 (v. ſ.)

Digitized by Google

4. ERIOCAVLON *ſetaceum.*

E. culmo ſexangulari, foliis ſetaceis. *Fl. zeyl.* 50.

Randalia malabarica, capillaceo folio. *Petiv. gaz. t.* 33. *f.* 10.

Tſieru-kotſijelleti pullu. *Rheed. mal.* 12. *p.* 129. *t.* 63.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 598.

Borſtenartiger Eckhalm. W.

Habitat in India. (v. ſ.)

5. ERIOCAVLON *decangulare.*

E. culmo decangulari, foliis enſiformibus. *Sp. pl.* 129.

E. noveboracenſe, capitulo albo globoſo ſ. Globularia americana ſtatices haud abſimilis, cauliculis lana atroniteute refertis. *Pluk. amalth. t.* 409. *f.* 5.

Randalia americana procerior. *Pet. gaz. t.* 6. *f.* 2.

Globulariae affinis aquatica, caule tenui aphyllo gramineo, capitulis albicantibus parvis globoſis, foliis paucis humi ſtratis gramineis. *Gron. virg.* 13.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 12. *p.* 599.

Zehnkantiger Eckhalm. W.

Habitat in Americae *ſeptentrionalis paludibus.*

Folia 2, *ſubulata, plana, canaliculata, articulata.* Flores *capitati, floſculis maſculis diſci, femineis ambitus.* Petala *puncto nigro intra apicem.*

Character *generis in reliquis ſpeciebus examinandus. D. Hope hanc egregit adumbravit. Videndae et reliquae ſpecies, antequam character emendetur.*

*6. ERIOCAVLON *repens.*

E. caule decumbente foliofo, foliis enſiformibus recurvatis, ſcapis axillaribus ſolitariis. W.

E. (*repens*) ſurculis foliofis repentibus, ſcapis nudis, foliis confertis enſiformibus recurvis. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 264. *t.* 50. *f.* 2. *

Kriechender Eckhalm. W.

Habitat in inſula Borboniae.

*7. ERIOCAVLON *faſciculatum.*

E. caule erecto foliofo, foliis enſiformibus patentibus, ſcapis aggregatis terminalibus. W.

E. (*faſciculatum*) culmis piloſis plurimis faſciculatis, foliis enſiformibus brevibus patentiſſimis. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 265. *t.* 50. *f.* 3. *

Digitized by Google

Büſchelblütiger Eckhalm. W.
Habitat in Gujana.

*8. ERIOCAVLON *umbellatum.*

E. caule erecto nudo, foliis radicalibus enſiformibus brevibus, ſcapis terminalibus umbellatis, involucro polyphyllo. W.
E. (*umbellatum*) caule nudo umbellifero, involucro polyphyllo, radiis inaequalibus longiſſimis. *Lamarck. encyclop.* 3. *p.* 265. *t.* 50. *f.* 4.
Doldenblütiger Eckhalm. W.
Habitat in Gujana.
Reliquae ſpecies a Clariſſ. Lamarck. *deſcriptae, iconibus non ſunt illuſtratae, has igitur non indicavi.* W.

155. MONTIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 133

Cal. 2 - phyllus. *Cor.* 1 - petala, irregularis. *Capſ.* 1 - locularis, 3 - valvis.

1. MONTIA *fontana.*

Montia. *Fl. lapp.* 51. *Fl. ſuec.* 108. 115. *Hall. helv. n.* 301. *Oed. dan. t.* 131. *Pollich. pal. n.* 134. *Gunn. norv. n.* 80. *Hoffm. germ.* 43. *Roth. germ. I.* 50. *II.* 158.
M. aquatica minor. *Mich. gen.* 18. *t.* 13. *f.* 2.
Cameraria arvenſis minor. *Dill. giſſ.* 46.
Alſineformis paludoſa tricarpos *Pluk. alm.* 20. *t.* 7. *f.* 5.
Alſine paluſtris, portulacae aquaticae ſimilis. *Raj. hiſt.* 1035. *Pet. herb. t.* 10. *f.* 12.
Portulaca arvenſis. *Bauh. pin.* 288.
β. Montia aquatica maior. *Mich. gen. p.* 15. *t.* 13. *f.* 1.
Anagallis aquatica ſubrectior. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 186.
Alſine paluſtris minor, folio oblongo. *Bauh. prodr.* 118.
Alſinoides annua verna. *Vaill. pariſ. t.* 3. *f.* 4.
Houttuyn Linn. Pfl. Syſt. 5. *p.* 200.
Quell Montie. W.
Habitat in Europa *ad ſcaturigines.* ⊙ (v. v.)

Digitized by Google

156. PROSERPINACA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 134.

Cal. 5- partitus, ſuperus. *Cor.* o. *Nux* trilocularis.

1. PROSERPINACA *paluſtris.*

Proſerpinaca. *Act. Upſ.* 1741. *p.* 81.
Trixis. *Mitch. E. N. C.* 1748. *n* 23.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 202.
Virginiſcher Hinlauf. W.
Habitat in Virginiae *paludibus.*

Radix *repens.* Caules *pedales*, *teretiuſculi.* *Folia alterna*, *lanceolata*, *ſerrata*, *in petiolos deſinentia: demerſa ſ. ima in lacinias lineares pinnatiſida.* Flores *axillares*, *ſolitarii.* Fructus *figura Polygoni.*

157. HOLOSTEVM.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 136.

Cal. 5- phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* unilocularis, ſubcylindracea, apice dehiſcens,

1. HOLOSTEVM *cordatum.*

H. foliis ſubcordatis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 21. *Mant.* 327.
Alſine foliis ſubcordatis, ſtipulis utrinque quaternis. *Hort. upſ.* 24.
Holoſteum foliis ellipticis carnoſis. *Fabric. helmſt.* 184.
H. foliis orbiculatis oppoſitis, racemis laxis terminalibus remotis. *Brown. jam.* 139.
Alſine americana, nummulariae folio. *Herm. parad.* n. *t.* 11. *Sloan. jam.* 87. *hiſt.* 1. *p.* 203.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 203.
Herzförmige Spurre. W.
Habitat in Jamaica, Surinamo. (v. ſ.)

Caules *decumbentes*, *repentes*, *inferne rigiduli.* Folia *oppoſita*, *orbiculato-cordata*, *laevia*, *ſubſeſſilia.* Stipulae *utrinque* 4, *membranaceae.* Pedunculi *laterales*, *elongati*, *adſcendentes*, 7-*flori*, *primo intermedio*: *reliquis utrinque* 3 *e pedunculo ulterius ramoſo.* Pedicelli *maturi viſcoſi decidunt cum fructu.* Calyx

5-*phyllus*, *oblongus*, *acutus*, *concavus*. Petala 5, *alba*. Styli 3, *albi*, *divaricati*.

*2. HOLOSTEVM *diandrum*.

H. caulibus procumbentibus rigidioribus, foliis lubrotuntis, floribus diandris. *Swartz. prod.* 27.

Zweyfädige Spurre. W.

Habitat in Jamaica. ⊙

3. HOLOSTEVM *ſucculentum*.

H. foliis ellipticis carnoſis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 21.

Alſine foliis ellipticis ſucculentis. *Cold. noveb.* 9.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 204.

Saftige Spurre. W.

Habitat in Noveboraco.

Petala *alba*, *ſubtrifida*, *calyce minora*.

4. HOLOSTEVM *hirſutum*.

H. foliis orbiculatis hirſutis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 21.

Alſine foliis orbiculatis hirſutis, floribus ſeſſilibus. *Roy. miſſ.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 204.

Haarige Spurre. W.

Habitat in Malabaria.

5. HOLOSTEVM *umbellatum*.

H. floribus umbellatis. *Loefl. it.* 120. * *Pollich. pal. n.* 135. *Roth. germ. I.* 54. *II.* 157. *Hoffm. germ.* 43.

Alſine floribus umbellatis, petiolis ſerratis. *Hall. helv. n.* 879.

Spergula foliis oppoſitis, pedunculis umbellatis. *Guett.* 298. *Dalib. pariſ.* 134.

Holoſteum cariophyllaeum arvenſe. *Tabern. ic.* 235.

Lychnis graminea hirſuta umbellifera. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 546. *ſ.* 5. *t.* 22. *f.* 46.

Alſine verna glabra, floribus umbellatis albis. *Vaill. pariſ. p.* 7. *non autem t.* 3. *f.* 2. *Hall.* R.

Caryophyllus arvenſis umbellatus, folio glabro. *Bauh. pin.* 210.

Caryophyllus arvenſis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 361.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 204.

Gemeine Spurre. W.

Habitat in Europae *auſtralis arvis*. ⊙ (v. v.)

Stamina 5, *unum tamen alterumve non raro deficit*. Tubae 3, *etiam* 4. *Hall.* Stamina *ſemper* 3, *ſemel tamen* 5 *numeravit Leers. herb. n.* 106.

158. KOENIGIA.

Gen. plant. edit. Schreb. n. 137.

Cal. 3- phyllus. *Cor.* nulla. *Sem.* 1. ovatum, nudum.

1. KOENIGIA *islandica.*

Koenigia. *Mant.* 35. *Oed. Flor. dan. t.* 418.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 206.
Isländische Königie. W.
Habitat in Islandiae *locis uliginosis, inundatis, alpinis et maritimis, detecta* 1765. *a Jo. Ger. Koenig, qui Islandiam adiit historiam naturalem ejus descripturus.* ⊙ (v. s.)

Herba *facie Polycarpi.* Caulis *digitalis, subsuculentus*; Ramis *pauciſſimis, oppositifoliis, patentiſſimis.* Folia *alterna, subpetiolata, obovata, integerrima, obtusa, subsucculenta, longitudine internodiorum caulis.* Stipulae *solitariae, vaginales (more Persicariae), intrafoliaceae, campanulatae, persistentes.* Folia *terminalia, quaterna.* Flores *terminales plurimi, subfasciculati, subpedunculati, bracteis membranaceis distincti.* Variat *stigmatibus* 2 *et* 3.

159. POLYCARPON.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 138.

Cal. 5- phyllus. *Petala* 5, minima, ovata. *Caps.* 1- locularis, 3- valvis.

1. POLYCARPON *tetraphyllum.*

P. caule ramoso prostrato, foliis quaternis. *Lin. suppl.* 116. *Hoffm. germ.* 44.
Mollugo (*tetraphylla*) foliis quaternis obovatis, paniculis dichotomis. *Hort. cliff.* 28. *Sp. pl.* 1. *p.* 89.
Holosteum tetraphyllum. *Thunb. prod.* 24.
Triclis tristemon, foliis conjugatis. *Hall. goett.* 25. R.
Anthyllis marina alsinefolia. *Bauh. pin.* 282.
Anthyllis alsinefolia polygonoides major. *Barr. rar.* 103. *t.* 534.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. *p.* 207.
Vierblättriges Nagelkraut. W.
Habitat in Italiae, Istriae, G. Narbonensis *vineis.* ⊙ (v. v.)

Digitized by Google

* 160. DONATIA.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1716.

Cal. 3-phyllus. *Cor.* polypetala.

1. DONATIA *fascicularis.*

D. fascicularis. *Forst. char. gen. 5. t. 5.*

Polycarpon (*magellanicum*) caulibus simplicissimis, foliis linearibus sparsis imbricatis. *Lin. suppl. 115. Forst. Comment. Goett. 9. p. 23. t. 3.* *

Büschlichte Donatie. W.

Habitat in Terra del Fuego, *locis rupestribus humidis.* 4 (v. s.)

Planta *digitalis simplicissima, interdum uno alterove ramo instructa, cespites densissimas formans.* Folia *lanceolata obtusa crassa imbricata.* Flores *terminales solitarii.* Fructus *ignotus.* W.

161. MOLLUGO.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 139.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 0. *Caps.* 3-locularis, trivalvis.

1. MOLLUGO *oppositifolia.*

M. foliis oppositis lanceolatis, ramis alternis, pedunculis lateralibus confertis unifloris. *Flor. zeyl. 52.* *

Alsine Spergulae facie benghalensis foliis angustis. *Pluk. alm. 21. t. 75. f. 6. Burm.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. p. 208.

Paarblättriger Weichling. W.

Habitat in Zeylona.

2. MOLLUGO *stricta.*

M. foliis subquaternis lanceolatis, floribus paniculatis nutantibus, caule erecto angulato. *Syst. Veg. 111.*

Alsine multiflora floribunda glabra benghalensis. *Pluk. phyt. 21. t. 256. f. 2.*

Alsine erecta pentaphylla, flore albo. *Burm. zeyl. 31. t. 5. f. 3.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 5. p. 209.

Steifer Weichling. W.

Habitat in Africa. ⊙

Radix *fibrosa.* Caules 3 *f.* 4, *stricti, laeves.* Folia *verticillata, saepe quaterna, stricta, acuminata, lae-*

Digitized by Google

via. Paniculae *foliis longiores, primo ſecundoque dichotomae, dein racemoſae.* Flores *nutantes, albi, ſimillimi M. verticillatae.*

3. MOLLVGO *hirta.*

M. foliis quaternis obovatis villoſis, caule decumbente. W.

M. decumbens villoſa, foliis ovatis. *Thunb. prod.* 24.

Haariger Weichling. W.

Habitat ad Cap. b. ſpei. ☉

4. MOLLVGO *pentaphylla.*

M. foliis quinis obovatis aequalibus, floribus paniculatis. *Fl. zeyl.* 51.

Alſine ramoſa procumbens quadrifolia, ad radicem polyphylla. *Burm. zeyl.* 13. *t.* 8. *f.* 12.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 209.

Fünfblättriger Weichling. W.

Habitat in Zeylona. (v. ſ.)

5. MOLLVGO *verticillata.*

M. foliis verticillatis cuneiformibus acutis, caule ſubdiviſo decumbente, pedunculis unifloris. *Hort. upſ.* 24. *Mill. dict.* 1. *Kniph. orig.* 8. *n.* 71.

M. foliis ſaepius ſeptenis lanceolatis. *Gron. virg.* 14.

Alſine Spergula mariana, latiori folio, floribus ad nodos pediculis curtis circa caulem inſidentibus, calycibus eleganter punctatis. *Pluk. mant.* 9. *t.* 332. *f.* 5.

Alſine procumbens, gallii facie. *Ehret. pict. t.* 6. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 209.

Wirtelblättriger Weichling. W.

Habitat in Virginia. ☉ (v. v.)

162. MINVARTIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 140.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 1-locularis, 5-valvis. *Semina* nonnulla.

1. MINVARTIA *dichotoma.*

M. floribus confertis dichotomis. *Act. Stockh.* 1758. *t.* 1. *f.* 4.

M. foliis ſetaceis, caule ſimplici erecto, floribus ſeſſilibus confertim dichotomis. *Loeſl. it.* 121. *t.* 1. *f.* 5. *

Digitized by Google

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 211.
Gabelförmige Minuartie. W.
Habitat in Hiſpania. ⊙ (v. f.)

Plantula *rigida, dura, tenax, ſaepius ſimplex.* Folia *oppoſita, ſetacea.* Flores *cymoſi in capitulum quadratum, arcte dichotomum, faſtigiatum, caule ſaepius majus, ſeſſiles.* Bracteae *ſetaceae, flore longiores, apice recto.* Semina *quinque ad octo, ſubrotunda, reniformia.* Color *plantae ſubfuſcus. Loefl.*

2. MINUARTIA *campeſtris.*

M. floribus terminalibus alternis bractea longioribus. *Loefl. it.* 122. * *Act. Stockh.* 1758. *t.* 1. *f.* 3.
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 212.
Feld Minuartie. W.
Habitat in Hiſpaniae *collibus planis.* ⊙ (v. v.)

3. MINUARTIA *montana.*

M. floribus lateralibus alternis bractea brevioribus. *Mant.* 328. *Loefl. it.* 122. *t.* 1. *f.* 4. *
Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. p. 212.
Berg Minuartie. W.
Habitat in Hiſpaniae *collibus altis.* ⊙ (v. v.)

Caules *plures, diffuſi, digitales, ſubpubeſcentes, ſubcaneſcentes.* Rami *ſimplices, laterales, breviſſimi, alterni.* Folia *oppoſita, ſubulata, pubeſcentia, baſi connata, longitudine ramorum.* Florum *glomeres laterales, ſeſſiles, inter folia longiora.* Calyx *ſubulatus, erectus, vix unquam patens.* Petala 5, *breviſſima, vix ulla.* Stamina *ſaepe* 5 *Alſines, breviſſima.* Styli 3, *albi, recurvati, obtuſi.* Germen *oblongum.*

Obſ. *An ad Alſines genus amandanda? conferatur ſolo natali* Alſine mucronata. *Huic ſtructura ſimilis, ſed laxa ramoſiſſima, diffuſa;* M. montanae *vero coarctata. Act. Stockh.* 1758. 1. *f.* 4.

163. QUERIA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 141.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 1-locularis. *Sem.* 1.

1. QUERIA *hiſpanica.*

Q. floribus confertis. *Sp. pl.* 132.

Digitized by Google

Q. hiſpanica, bracteis patulis hamatis. *Loeſl. it.* 48. *Houttuyn Lin. Pſl. Syſt.* 5. *p.* 213.
Spaniſche Querie. W.
Habitat in Hiſpania. ☉ (v. ſ.)

Antecedente (*Minuartia montana*) *minor, fragilior.* Capitulum *florum obſoletius tetragonum, facillime a caule diſcedens.* Bracteae *ſetaceae, erectae, apice extrorſum hamatae, veſtibus adhaerentes.* Semen 1, *compreſſum, ſubrotundum.* Color *plantae albidus.* Habitus Minuartiae montanae *et ſtructura floris eadem; at* Semina *ſolitaria et plura conſtituunt genera diverſiſſima.*

2. QVERIA *canadenſis.*

Q. floribus ſolitariis, caule dichotomo. *Sp. pl.* 132.
Mollugo foliis oppoſitis, ſtipulis quaternis, caule dichotomo. *Gron. virg.* 14.
Houttuyn Lin. Pſl. Syſt. 5. *p.* 213.
Canadiſche Querie. W.
Habitat in Canada, Virginia. 4 (v. v.)

Radix *fibroſa.* Caulis *ſtrictus, dichotomus, ſpithamaeus, teres, filiformis, erectus. Herba lini cathartici.* Folia *oppoſita, lanceolato-ovata, integerrima, adſperſa utrinque punctis fuſcis.* Stipulae *geminae utrinque, acutae, membranaceae.* Flores *ſolitarii, ſubpedunculati, parvi, virides, ex ſingula dichotomia.* Calyx *quinquepartitus: foliolis obtuſiuſculis, ſubfornicatis.* Petala *nulla.* Stamina 3, *Antheris flavis.* Germen *ſubrotundum.* Styli *tres.*

Spontanea *planta altior caule capillari;* culta *craſſior et foliis minime punctatis.*

*3. QVERIA *trichotoma.*

Q. floribus racemoſis, caule trichotomo. *Thunb. Act. Soc. Lin. Lond.* 2. *p.* 529.
Rubia ſpicis ternis. *Thunb. jap.* 357. *n.* 44.
Japaniſche Querie. W.
Habitat in Japonia.

Herba *ramulis filiformibus patentiſſimis glabris.* Folia *oppoſita breviſſime petiolata, ovata acuta integra glabra patentiſſima unguicularia.* Florum *racemi axillares oppoſiti, terminales tres.* Thunb. jap. l. c.

Digitized by Google

164. LECHEA.

Gen. plant. ed. Schreb. n. 142.

Cal. 3-phyllus. *Petala* 3, linearia. *Capſula* 3-locularis, 3-valvis: valvulis totidem interioribus. *Sem.* 1.

1. LECHEA *minor.*

L. foliis lineari-lanceolatis, floribus paniculatis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 10. * *Lamarck. encyclop. t.* 52. *f.* 1.

Capraria foliis integerrimis. *Gron. virg.* 75.

Scoparia foliis tenuiſſimis in plurimos et tenuiſſimos ramulos diviſa et ſubdiviſa. *Raj. ſuppl.* 132.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 215.

Kleine Lechea. W.

Habitat in Canadae *ſylvis glareoſis.* 4

2. LECHEA *major.*

L. foliis ovato-lanceolatis, floribus lateralibus vagis. *Amoen. acad.* 3. *p.* 11. *t.* 1. *f.* 4. * *Lamarck. encyclop. t.* 52. *f.* 2.

Menandra foliis alternis. *Gron. virg.* 2. *p.* 20.

Houttuyn Lin. Pfl. Syſt. 5. *p.* 216.

Groſſe Lechea. W.

Habitat in Canadae aridis.

Stamina 4: *horum* 2 *ſuperiora approximata.* Clayt.

*3 LECHEA *verticillata.* W.

L. foliis oblongo-ovatis ſerrulatis, floribus verticillatis, caule hiſpido. W.

Wirtelblütige Lechea. W.

Habitat in India *orientali.* 4 (v. ſ.)

Caulis *repens adſcendens geniculatus hiſpidus.* Folia *oppoſita elliptica petiolata baſi attenuata acuta, ſuperne glabra, inferne ſcabriuſcula, margine ſerrata ſcabra.* Flores *numeroſi pedunculati verticillati.* Calyx *triphyllus.* Corolla *tripetala.* Stamina *tria.* Germen *ſuperum.* Styli *tres.* Capſula *trilocularis. Similis praecedenti, ſed folia latiora ſerrata, caulisque hiſpidus. Habitu ſimilis Spermacocae, ſed ſtipulatio nulla.* W.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google